



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Controversia V. De Moralibus Dei virtutibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)



CONTROVERSIA QUINTA DE MORALIBVS DEI VIRTVTIBVS.

I.



REMISSA Volitionis Diuinæ natura, libertate, specificatiuaque eius, & motui explicatione, quam generalitate ibi opportuna, dedimus controu. 4. satis fusè: iam de Moralibus Dei virtutibus (quæ, & libertatem volitionis, & motionem, ut intra hanc, vel illam virtutis moralis speciem constituentur, sufficientem debent supponere) rectè utique methodo, & claritate disputabimus. Dixi virtutibus Moralibus: de Supernaturalibus siquidem nulla est controversia. Tum; quia respectu Dei, siue subiectivè nulla supernaturalis virtus esse potest, etiam ex iis, quæ nobis supernaturales sunt: cum nullus virtutis actus non connaturaliter ipsi, qui in utraque bonitatis physice, & moralis

summè, atque infinitè è genere suo bonus habetur. Tum etiam; quia erga formalia obiecta nobis supernaturalia; (unde eorum actus supernaturalitatem respectu nostri trahunt) de volitionibus diuinis dictum satis controu. 4. à nobis fuit, de actibus prosecutionis diuinæ voluntatis disputantibus, spe nimirum, & fide. De charitate verò, quæ suam bonitatem Deus respicit, & ob quam se mutuo diuinæ diligunt personæ, dictum etiam abunde eadem controuersia est. Quæ verò nos ex complacentia nostri diligit Deus, constat formaliter supernaturalem actum non esse: quare & ad Moralem amicitiam virtutem pertinere: de eaque ita eodem loco differimus, ut nihil ulterius restet disputandum.

2. Hanc porrò de virtutibus Dei moralibus controuersiam apud antiquos, nec admodum recentes scholasticos, integrè, dignèque pro cuiusque scribendi modo, & instituto, siue sumario, siue fusiori, versatam non inteno. Apud recentes verò curè, & ieiunè: quippe qui ex minus percepta distinctione motui actuum diuinorum ab unico eorum specificatio, in ea ferè sola vniuersali quæstione hærent, ac sistunt tandem: an in Deo morales virtutes sint admittendæ? quin ad morales virtutes in speciali in Deo indagandas, & explicandas eorum studium, & examen descendat; nisi ad celebrem nostro sæculo inter Vasquianos, & Soaristas controuersiam de strictæ iustitiæ virtute in Deo admittenda vel secus & eam quidem vnus solum ex Recentioribus, vel alter, pro dignitate, in qua ea disputatio à præfatis ducibus fuit constituta, attingunt, & versant. Nos autem rem, materiamque totam controuersiam huius titulo contentam, & generatim, & speciatim ex instituto examinabimus, ac definimus: ne si perfunctoriè solùm, & cursim de eis agamus, melius nobis, (ut de aliis indicamus) fuerit controuersiam omisisse: eam verò in duas disputationes partimur. Prima de virtutibus moralibus vniuersim ac speciatim (iustitia propria, ac stricta, atque utraque eius specie, scilicet distributiva, & commutativa exceptis) ager. Secunda de stricta ac propria iustitia, eiusque memoratis speciebus.



DISPUTATIO I.

MATERIAM, cuiusque examinandæ ordinem disputatione hac prima seruandam proximè proposui, iterum hic non repetendum.



QVÆSTIO I.

*Sintne in Deo virtutes morales
admittendæ.*

Difficultas hæc, (qua totam, ut dixi, controuersiam huius materiam Recentiores plerique assumunt)

Ant, contineri) facile ex dictis controuersia 4. non semel, maxime disp. 2. quæstion. 4. §. 6. dum Dei amorem erga creata obiecta propter ipsa, cuiusque erga creaturas rationales amicitiam propriam statuimus, venit promulganda. Verum, quia aliter de utraque opinantes, ne motales à Deo virtutes ablegent absurde, in diffidiles, auique doctrinas Theologicas abeant; quæstionem hanc per otium examinandam instituo, vt ex earum doctrinarum impugnatione, nostraque decisione ibi iactorum principiorum veritas, & clarescat magis, & robustius confirmetur.

CERTAMEN I.

Rei difficultas, & doctorum sententia
confutata.

EO generalis huius quæstionis difficultas à ratione constituitur, quoniam omnis actus virtutis moralis, vt formaliter talis euadat, obiecti specialis cuiusvis virtutis propter ipsum, siue eius obiectum honestatem propter seipsum respicere debet, & intendere; quin ea propter aliud velit, ad aliamve bonitatem effectum, & intentionem vltimus ordinetur: atque ex alia parte, quidquid Deus vult, & operatur propter se operetur, ac velit, ac perfectissimo suo effectu ordinaturus necessario videatur: fieri plane videtur, vt misericordiam, ac benedictionem erga nos, (& idem est de virtutibus moralibus ceteris) propter se ipsum, earumque creatam obiectum honestatem, neque exercere possit; nec velle neque de facto velit, aut exerceat; cum eas omnes propter se, ac suam tandem bonitatem amet. Certè Deum creatura obiecta omnia propter se, vt finem velle, & operari tandem, vt vltimum finem pluribus scripturæ & Patrum testimonio Theologi plerique contendunt, vt videmus locis citatis ex controuersia 4. quæ etiam certam. 2. memorauimus. A ratione verò plura pro eo principio inducuntur, quæ tamen omnem à Deo virtutem moralem propellant: & quorum proinde eis locis non memini: quia directè ad hanc generalem quæstionem spectabant: quare & opportunius hic certam. 2. proponuntur, & examinabuntur. Quamuis autem hæc ita sint; nemo tamen Deo virtutes morales vniuersum negare ausus hæctenus fuit: vt inde afferentes Deum omnia creata propter se ipsum, vt finem proprie talem, velle, & operari, nihilque subinde creatum, propter ipsum agere, vel amare canon. 4. quæst. 4. & 5. citatis efficaciter confutari: quod virtutes omnes morales Deo negare absurdissimè cogitur, efformato nuper argumento; id quod & Theologis omnibus, & scripturæ, & Patribus est liquido aduersum.

2. Idcirco non admodum antiqui Doctores, qui hanc absurdam illationem ex illo principio expressius nocuerunt, varia satis, effugia reatarunt, vt nec principium, quod auctoritate, & veritate in Theologia sanctum censent, desererent, nec absurdam illationem admitterent. Primum ex amoris diuini, quo se, & virtutum honestatem amat Deus, indiuisibilitatem desumitur, referente Herize citata disp. 18. cap. 4. numer. 27. & Ariaga citata disp. 26. tota scilicet. 2. quin motuum formalis creatæ honestatis, quam propter ipsam diligit Deus, propter ipsum, vt finem ametur. Modi tamen eius Patrum, vt virtutes Morales Deo seruent, sanctum ipsis Principium vti in scriptura expressum vniuersa propter seipsum operatus est, cuius non satis bene intellecti recentiora dicuntur, plane deserunt: etenim si æqua primo idem actus siue physicè, siue Metaphysicè etiam indiuisibilis ad vtrumque obiectum creatum, & in creatum, quin ad hoc creatum vt finem ordinet, sed propter ipsum terminatur; verum vtique est, creata obiecta, propter ipsa amare, ac non propter se ipsum; tamen se propter se ipsum simul eodem actu amet. sicut cum nos duo alia obiecta propter se vt finem inadaqua-

tos simul, eodemque actu (vt certe possumus) actu amaremus: vel dupliet, si maui, interesse connexo, aliquid eligeremus, atque exequeremur ex fine vtroque, quod nusquam vellemus aut exequeremur ex altero tantum, neutrum ex obiectis illi propter aliud amaremus.

3. Multa hic contentione Recentiores aliquot amorem eundem, indiuisibilem etiam formaliter Dei in Deum & creata simul, vt obiecta formalia ferri non posse contendunt: cum tamen ex dictis de essentiali, & vnico specificatiuo, & primario obiecto amoris Dei, nequeat hic in obiectum aliquod formaliter ferri, quin in Deum primatum suum obiectum & specificatum adæquatam formalissimè indiuisibiliter feratur, vt sæpè controu. 4. & in simili de scientia monui & ostendi tot. 1. de Deo vno controu. 2. quare nostrorum Herize & Ariaga impugnationes ex diuersitate formali necessaria amoris Dei, quatenus ad creata propter se, ab ipso quatenus ad Deum propter ipsum tendit, absolute nihil prestant; etsi iuxta ipsorum, & eorum, quos impugnant doctrinam rationem mouendi obiecti formalis à ratione specificandi respectu amoris, etiam increati, non diuidendum, vim ad hominem habeant non exiguum: illud solide vterque contra hunc modum opposuit. Nempe nihil amplius indecens, Deoque indignè imperfectio- nis affertur ex eo, quod creaturæ, vt obiectum adæquatam se propter se, vt finem adæquatam, tendentiam amoris, & affectus Dei in ipsa, quatenus in ipsa, à Deo amantur: quam ex eo, quod in ipsa propter se, & vt in adæquatam finem diuini amor feratur: quod sic ego ostendo: quia non minus diuino amoris cuiusque summæ perfectioni repugnat inadæquate à creato obiecto specificari, atque inadæquate specificatiue pendere; quam adæquate specificatiue pendere, atque specificari. Secundo: quia amor ille indiuisibilis, formaliter etiam, in vtrumque tendens ex parte obiecti creati à summa, dignaque Deo perfectione morali deficeret: cum absque illa in sua morali specie esse non posset, bonumque, & perfectum, præsertim summe tale, ex integra causa esse debeat: quare, & ex cuiusque defectu sit imperfectum, & malum. Hinc autem constat quam sint male impugnationes, quas vt alius meliores posuit de suo Ariaga n. 8. vers. *Melius ergo*, & n. 9. Meliorem scilicet necessario esse amorem Dei propter se & propter aliquam aliam honestatem creatam, quam si propter se solum esset, eoque meliorem, quo propter creata plura foret: siquidem, quo plura creata formalia obiecta respiceret, plura, vnde à perfectione deficeret potius dubio affectus ille haberet. Nec mirum est hunc, & reliquos, qui rationem motui formalis, à ratione specificatiui, seu specificandi respectu affectus diuini, non satis dispeperunt similibus discursibus iactari, atque vanis impugnationibus tempus, & caritas absumere. Denique modi huius impugnationes alias dedi controuers. 4. d. 2. quæstion. 4. & 5. ex iactis antea ea disputatione principis: eo redigere.

4. Secundum effugium aliorum apud Herize num. 30. est Deum velle quidem honestatem virtutum moralium, vt obiectum tamen materiale, ac se solum ipsum vt obiectum formale, & propter quem illam amet, vt amari à Deo omnia ex scriptura censent: id autem non obesse quominus Dei amor virtutum earum moralem honestatem sortiatur, quia ex obiecto virtutis, quam affectus, materialiter adhuc, attingit estimant sufficienter desumi virtutis honestatem. Hanc cæteris solutionibus iudico peiorem: etsi enim retineat, saluetque Deum omnia propter se ipsum, vt finem, velle & operari sensu ab ipsis intento, abicit tamen fixum Philolophis & Theologia principium: nempe moralem virtutis honestatem requirere respectum, & amorem obiecti honesti propter ipsum ex Arist. 2. Ethicor. cap. 4. & S. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 7. ad 3. (ex quibus reliqui) docentibus ad iustitiam virtutem satis non esse iusta, sed iuste operari oportere. Secundo: quidquid amatur propter aliud, vt finem solum amatur præcisè, vt vtile ad illud: quod commune quidem est cunctis, quæ ad illud vtilia sunt, siue de se honesta, siue non honesta, & indifferentia sint, solumque differre subiecto vtilitatis illius possunt: quare quæ ita solum amantur nequeunt vllam actui honestatem, quo

quo materialiter solum honesta & formaliter, vt vtilia solum attinguntur, magis asserre, quam quae indifferentia vt vtilia tamen ad eundem finem amarentur; ne dum ex diuersitate specifica virtutum materialiter solum honestarum, atque vt vtilia solum ad vltiorem finem amatarum, diuersitas moralis specifica earum amori communicari, & ab ipsis ita amatis trahi. Denique eo permisso quatenus ex virtute quavis materialiter solum a Deo amata eius moralis honestas in diuinum deriuat amorem, ex Deo ipso propter se amato non desumitur, sed ex obiecto creato: quo & imperfectio non summè perfecti actus eo discursu ab hisce vitanda admittitur, & ratio, qua cuncta non, nisi propter se ipsum amare Deum contendunt, euacuetur.

6. Tertium effugium, (quo nuper dictis occurrere vtique possit) excogitant Recentiores apud Ariagmam sect. 1. init. & numero 5, & sequitur Quinos disput. 13, sect. 2. Nempe virtutes, & honestatem earum omnem moralem ad Deum natura sua, vt ad finem referri: quare, quod ad Deum affectu referantur, atque propter ipsum, vt finem amantur, non obesse, quominus is affectus, & amor propriae virtutis eius sit cuius obiectum proprium propter Deum amatur: ita enim amari illa honestissimè possunt, & debent: quare nec possunt à sua honestate deficere, quia amantur vt debent. Hanc doctrinam nullatenus quoad virtutes morales impugnatur Ariaga, vt titulo sectionis promittit vniuersim; sed plus etiam, quam tacite versu nonnulli, & versu, *sive nonnulli*: etsi, tam hic, quam versu *melius ergo* ex scriptura, & ratione in virtute amicitiae tam impugnet: ob speciale complacentiae in persona ex cuiusque non alterius, complacentia amicitiae amor esse debeat. Sic autem ego hanc doctrinam facile conuello. Primo: quia, & si per impossibile Deus, cuiusque bonitas non adesset formaliter, & ad terminum respectu obiectiui, honestas obiectiua moralium virtutum non deficeret; tamen defectu primae causae agentis, & idealis, creatae reliquae virtutes deficerent: etenim eo etiam casu miseriam proximè succurrere, fortiter, ac temperate in appetendis, agendisque se hominem gerere, suumque cuique tribuere rationi consonum esset: item Deo, cuiusque bonitate, existentibus, tamen non attentis, neque vllatenus intentis, ea ob intrinsecam eorum honestatem praestare, agere, & appetere virtutum moralium per omnes Philosophos, & Theologos est; tamen eo praecise, ad vitam aeternam non conducant, nisi aliquo saltem modo ad Deum actu referantur sit Theologis sub lite. Tertio, si earum honestas natura sua ad Deum, vt finem, ob quem amanda sunt referantur: nulla virtus moralis, sed sola virtus charitatis erit, ad quam omnium, quae propter Deum tandem, vel agimus, vel appetimus, proprie, & tantummodo, amor spectat. Quarto, & vrgentius quia si honestas omnis moralium virtutum essentia sua Deum, cuiusque summam bonitatem, vt terminum obiectiui sui ita respiciat, vt ob ipsum debeat amari, vt debet amari: ergo quoties non ita amatur, non debet, & honeste, sed indebite, & turpiter atque inhoneste amatur: quare subuenire ego, vt eius miseriam subleues, & sic de aliis Moralibus virtutibus, non solum moralis virtus non erit, sed actus vitiosus erit, & peccatum.

6. Dices: morales virtutum nostrarum honestates, non ita stricte Deum, cuiusque bonitatem, ob quam amantur, necessario, & determinate respiciere, vt nequeat etiam earum exercitium propter se amari, quin eius amor ob Dei bonitatem expresse habeatur, atque in ipsam vltimo feratur: cum autem vltimus in Deum expresse fertur moralis virtus in effectu solum, & impropria est sed quae Deo conueniat: sin autem in obiectiua virtutis moralis honestate affectus sitit, nec propter Deum, vllatenus vt finem, sed propter ipsam amatur, moralis virtus in affectu etiam, & propriissima habetur; quae tamen Deo, cuiusque perfectioni repugnet, qui nihil extra se, nisi propter se ipsum potest amare: sed in primis ratio illa debiti amandi creatam bonitatem propter Deum, vnde à Deo virtutes morales amari, & haberi proprie probabas, deseritur. Secundo: misericordia verbi gratia in effectu subueniendi proximo solum, misericordia non est: quin ex vitioso affectu, ac turpiter potest

amari, & exerceri: nempe, si id ex inani gloria aut vere ametur, ac fiat: quare, vt propria misericordia sit finem, & rationem formalem requirit, & misericordia specialem, (& sic de reliquis virtutibus) nec virtuti alteri communem qua deficiente ab ea plane virtus amari ille deficiet: tantum abest vt addito motu proprio charitatis nempe propter ipsum Deum moralis virtus propria in sua specie constet: tamen constituitur actus ille in charitatis Theologicae specie meliori. Quod si ordinata honestate ipsa obiectiua moralis per affectum nostrum ad finem vltiorem, ad quem potest, quin in ipsa, & propter ipsam sitit affectus in specie propria virtutis moralis potest affectus ille perficere, qui indigenti ob venerem subuenit, atque ob inanem gloriam ieiunat, religionem exercet, misericors, temperans, ac religiosus absolute ac proprie erit, quod est absolute: denique sistendo in bonitate cuiusvis virtutis propter ipsam, virtus moralis potest exerceri proprie, immò propriissime per te, quin propter Deum exercetur, ita solum exercetur à nobis, cum proprie, ac iuxta propriam speciem exercetur, & ametur: & de hoc est questio praesens in Deo: ergo solutione hac non solum falso respondes, sed tollis questionem: Deoque virtutum moralium exercitium proprium, non de facto solum, negas, sed de possibili, ac propinque difficultati succumbis, rationique à priori ex amabilitate honestatis creatae propter se, quam admittis, ad eius diuinum amorem, qui essentia sua omniamor est, adimittendum omnino pates.

7. Quartum effugium memoratum ab Ariaga sect. 3, fuit. Deum habere complacentiam in creaturis bonis propter ipsas ac proinde in creatura rationali, & virtutum moralium obiectiua honestate, propter ipsam, vt verò reflexo amore hanc ipsam complacentiam, liberam quidem, amare propter se, vnde, & creatum honestatem virtutum moralium, & rationales creaturas propter ipsas directo amat amore & earum affectum proprium exercet easque tandem amat reflexo amore propter seipsum: Mitto alia, quae ab huius effugii inuentionibus miseri refert Ariaga, alio tamen spectant: ne cum ipso examini, & impugnationi eorum, quae aliter sunt instituti, extra chorum, tempus, & laborem absumam. Contra primo: quia, vel amor directus honestatis, & bonitatis creatae ita propter ipsam est, vt tandem sit propter Deum; vt vltimum finem eo citius amore directo voluit; vel est propter ipsam sistendo in illa. Si primum est etiam amor directus non est ob honestatem obiectiui virtutis moralis formaliter, vt de se patet, & haecenus ostendimus: nihilque affertur, quo difficultas contra Morales Dei virtutes misceatur. Si secundum, in primis amor Dei propter creatam honestatem virtutis moralis, quin sit propter ipsam Deum, summamque eius bonitatem admittitur, cuius oppositum effugium hoc suo recentiores contendunt. Secundo. Hoc admissio, frustra amor reflexus excogitatur. Tum: quia in eo quiddam difficultatis, & indecentiae amoris diuini de creata honestate, & bonitate propter se, quin sit vltimus propter Deum excogitari potest in amore illo directo deuorandum; vel euacuandum est. Tum: quia cum reflexus amor de praehabito directo sit, ipsiusque proprie non destruat, sed supponat, nec modum eandem in creaturas propter se solum ipsi essentiali, & intrinsecum auferre, immutare potest, vt vltimus in Deum, cum auferre, immutare potest, vt vltimus in Deum, tanquam finem tendat, ac tandem terminetur: quare neque eo amore reflexo excogitato, & superaddito, respectus illius ad creatam bonitatem, & honestatem tanquam vltimum suae affectus tendentiae terminum impugnationibus si quae sint, expurgatur.

8. Horum nonnullis quinto aliquot Recentiorum obfugio occurrendum videtur: illud commemorant Huetus cap. 4. numero 23, & Ariaga sect. 3, numer. 16. Nempe creatam bonitatem, & honestatem virtutum moralium per actum solum imperatum amari propter se à Deo potest: & ortum quidem necessario ab actu imperante Deo: uno earundem bonitatis, & honestatis moralis creatae propter ipsam Deum: ex quo imperio amor ille creaturarum propter se ad Deum eiusque bonitatem immediate ac formaliter, & necessario manet relatus: etsi causa ac efficax actus non sit, nec cogas Dei voluntatem ad amorem

amorem creaturarum propter ipsas, nec pereat eius amoris libertas, ac subinde & eius exercitij laudabilitas. & virtus moralis diuina honestas est autem efficax in referendo ad Deum, vt vltimum finem amorem creaturarum propter se, si, vt potest, à Deo ex imperio illo concipiatur. Mirro impugnations Herize ex impossibilitate actus imperantis, seu imperij, & actus imperati in diuinis volitionibus, tum ob impossibilitatem diuersorum connotatorum extrinsecorum pro diuersa vtriusque actus libertate constituenda, quæ æquæ omnem intentionem, & electionem diuersam impugnat, atque æquæ ex diuersitate actionis pro finis diuersitate potest diuersa vtriusque assignari in huius sententia libertas. Male etiam diuersitatem actus imperantis ab imperato impossibilem contendit ex identitate adhuc formali, nec solum reali, actus vtriusque in amore, siue omni amore diuino, est per omnino intrinseca Deo eius constituitur libertas, æque enim ratio hæc impugnat in amore diuino intentionis, & electionis diuersitatem. Male item impugnat ex dependentia, quam actus imperatus ab imperante importat, in diuinis impossibili; est enim non bene ab Antiga redarguatur ex dependentia lata, ac non stricta in personis diuinis admittenda, vnde ad similem dependentiam in communibus admittendam perperam, & erroneè consequentia deducitur, aut independentia quali quali, æqua tamen electionis ab intentione necessario à Theologis admittenda, omnia Herize argumenta cassantur: nihilque pro eiusmodi dependentia electionis ab intentione tuenda excogitari potest, quod simili actus imperati ab imperato adstruenda non æque subleuiat: fateri ab eis, qui actiuitatem veram intentionalem à reali, & physica actiuitate in Deo intrinsecis, & immanentem operantibus potentis, & actibus non, vt nos diuinus, dispexerunt, nec actus imperantis in imperatum, neque intentionis in electionem influxum, atque in his necessario respondentem dependentiam veram aditui explicari, intelligi, nisi chimerice, minime posse: vera siquidem dependentia, & influxus physicius realis eiusdem realiter, nedum formaliter, ad seipsum propter repugnat.

9. Iam ad rem ipsam doctrinæ, & effugij eius, ad præstans quod attinet, sic eius falsitatem, & insufficiantiam ostendo, quod enim fit de distinctione actus voluntatis imperantis ab intentione & imperati ab electione (cuius examen subtile alibi controuersia de anima habuimus, atque ab intentione efficaci agrè actus imperantis inuenitur distinctio) certe quoad actus imperantis actuum determinationem voluntatis ad medijs electionem, & ad actum imperatum nulla est actus imperantis ab intentione efficaci distinctio. Ergo posito diuino imperante misericordie affectum seu virtutis cuiusvis alterius affectus hic misericordie liber non est: quare neque misericordie honestate moraliter bonus consequentia infallibilitatem timentes aduersarij antecedens doctrina illa sua infirmare tentant: quod probro, eo quippe vis imperij impulsua à vi impulsua consilij differt, quod illa ad actum imperatum determinat de se, illa vero se ad actum consilij non determinat, sed inducit. Secundo per vos imperium illud non determinat in agendo; ergo nec in referendo: quare, & actus misericordie imperatus quin in Deum referatur esse poterit. Probatur consequentia: quia si liber voluntati absolute relinquatur ex imperio illo affectus misericordie ex quocunque motiuo, & principio habendus liber, ex quo velit, motiuo, ab ipsa concipi poterit: quare, quia ex motiuo propter Deum, & ex imperio illo concipiatur. Tertio vel indecens est actum misericordie propter huius honestatem solum à Deo concipi, quin vltius sit propter Deum, vel non? Si primum: de se se diuina voluntas eam habet determinationem conditionatam, vt si quando Deus miseretur propter Deum ipsum miseretur: ergo imperium hoc inutiliter adstruitur. Si autem affectus ipse misericordie propter solum misericordie honestatem indecens non est, imperium illud inutilius inducitur, & ineptius. Quarto his missis eo imperio posito præcisè affectus diuinae misericordie ob eius virtutis honestatem solum, non refertur intrinsece formaliter immediatè in Deum tanquam vltimum, & vlt-

Caristoph. de Origine de Deo Vno, Tomus II.

riorem finem; sed extrinsece solum, & mediate, vt reliqui imperantes actus in finem imperantis referuntur, in doctrina eorum, qui actum imperantem ex fine aliquo respectu imperati ab intentione efficaci respectu electionis medijs vnicui distinguunt in eo: quod electio ob eundem finem intentum elici debeat, secus imperatus actus ob finem imperantis; in actiua quippe determinatione antecedente voluntatis ad electionem; vel actum imperatum nullum est inter actum imperantem & intentionem efficacem discrimen exco-gitabile: Ergo actus misericordie imperatus ob solum honestatem misericordie secundum totum intrinsecum sui admittitur in Deo, quin intrinsece immutetur, ac vltius in Deum vt finem referatur; in quo, vt dixi num. 7. indecentia, quam hi fugiunt, denotanda erit, vel euacuanda; quod si, vt hæc vites, dicas, ex actu imperante actum misericordie non posse hunc elici secundum intrinsecum sui, nisi, vt vtilem ad finem imperantis, ac tandem propter Deum plane à Deo actus moralium virtutum relegas; quas tamen effugij huius doctrina in ipso tueri contendis.

CERTAMEN II.

Morales virtutes in Deo firmiter adstruuntur, & à propositis difficultatibus facile vindicantur.

1. Tamen si propositæ difficultatis certam. i. num. 1. tentata hæctenus à Recentioribus nostris solutiones, hæctenusque à nobis confutatae, illius arduitate satis ostendunt; ex nostris tamen principiis doctrinaeque data tom. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia de objectis illius, & adequato specificatio, & tom. hoc. 2. controu. 4. de volunt. disput. 1. quæst. 2. atque ad rem præsentem proximus d. 2. quæst. 3. 4. & 5. videtur facile complananda. Eam porro noster Valquez docuit clarius reliquis recitatus cit. quæst. 5. certam. 2. num. 3. nec multo obscurius Herize ibidem citatus, tamen si, sicut ex veteribus, nec admodum recentibus plures, rationem mouendi à ratione specificandi diuinis actus minus distinguens, earumque diuersitatem non satis dispiciens à solutionis, & doctrinae soliditate demum defecerit: amoris, & affectus omnis moralium virtutum in Deo Deum ipsum finem vltiorem, ob quem à Deo amantur nominis saltem errore admittens. Probatur igitur conclusio: amor virtutum moralium in Deo propter ipsas vt finem est, quin vltius propter Deum, tanquam finem eo amore formaliter amantur: est id solum requiritur per omnes Philosophos, Theologos, & rationem naturalem, vt virtutes morales in Deo formaliter sint: ergo virtutes morales sunt formaliter in Deo. Minor, & consequentia negari minime potest. Maior probatur ex dictis citata q. 4. & 5. implicat Deum amare creatum aliquid propter se vt finem qui intentum (quod satis ad rem præsentem, & virtutes morales alias ab amicitia foret) imò & amari propter se, adhuc vt finem cui, vt eisdem locis ostendimus: ergo implicat amor virtutum moralium in Deo, qui non propter ipsas, vt finem, atque eas vltius in Deum, refertur tanquam in finem, propter quem formaliter amantur. Antecedens probatum abundè est citatis controu. 4. q. 4. & 3. Probatur secundum bonum enim absolute honestum est amabile propter se: atqui virtutum moralium amor est bonum honestum absolute: ergo & amabile propter se. Minor certissima apud omnes: maior item æque apud omnes certa, eo quippe honestum ab vili differt, quod illud propter se amabile sit; hoc autem non nisi propter aliud sit amabile consequentia vt iacet, est irrefragabilis. Ergo. Atqui Dei amor conceptus & essentia sua omni amor, quoad substantiam, & modum est, sine amor amabilium omni omnimodo, quo ex parte ipsorum, & amoris amabilia sunt: ergo, & boni honesti virtutum moralium propter se amabile, est amor eius propter se, & libere quidem. Nam ad

A a modi

modi amoris, bonitatis creatae perfectionem Dei spectat in eis amandis libertas, ut ostendimus controu. 4.

2. Dices primo: ex praedicto omni amoris diuini male inferri: omne bonum creatum amari à Deo omni modo, quo amabile absolute est: siquidem, & virtus amabilis est à nobis limitata; & tamen non ita amabilis à Deo: quare oportet limitari proximum antecedens, ut solum omnium amabilium absque imperfectione amor Dei omnium amor sit: quo nihil, secunda haec ratio probabit: sunt enim imperfectiones plures Deo indignae in amore Dei erga honestatem virtutum moralium propter ipsam ut finem, quin referatur vltius tanquam finem in Deum, propter quem ab ipso ametur: solutionis huius nulla fit minor impugnatio esse potest, quam imperfectionum diuini amoris erga honestatem moralium virtutum propter ipsam absolutionem. Prima est: honestatem virtutum moralium creatam esse relataque natura sua ad Deum: quare non recte amabilem nisi propter Deum. Assumpti æquivocationem, & in sensu intento falsitatem detexi cert. 1. n. s. iuxta ibi dicta respondeo: est relata tanquam ad terminum actuum, & idealem, siue imitandum, fateor; tanquam ad terminum amabilitatis, seu propter quem, sit amanda necessario atque solum amabilis honestas creatae, nego primam assumpti partem. Neque enim terminus essentialis, physicus adhuc bonitatis, seu boni amabilis, est terminus amabilitatis illius: ut patet in bonitate penitentiae, cuius essentialis physicus terminus peccatum est: & in bonitate misericordiae, cui miseria proximi subleuanda est etiam essentialis. Physicus terminus: quin alter-uter terminus amandus, vel à penitente vel à misericordiae sit, ut penitentia aut misericordia, earumque honestas ametur. Atque, ad rem propius, veritas entitativa creatae ad Deum, tanquam ad principium primum efficiens, & ideale imitandum, & terminum subinde essentialem physicum refertur, & tamen in se & ratione sui cognoscibilis, & vera est: quin Deum, ut terminum cognoscibilitatis, & veritatis, ob quam solum, ut rationem formalem, cognosci possit, siquidem, à Deo etiam, cognoscibilis, respiciat: quod ipsum in honestate, bonitateque morali, nihilque aliud inuenitur: quare ex diuina scientia de veritatibus creatis in se, & secundum propriam veritatem, nec solum ob diuinam veritatem, & cognoscibilitatem, vltimus conclusio, & efficaciter probatur.

3. Secunda imperfectio est diuini amoris limitatio: si de virtutibus moralibus propter earum tandem honestatem, ut finem à Deo habeatur: siquidem ex fine, & ratione formali motiua speciem affectus omnis desumit: quae quidem ex limitate bonitatis siue infinitae perfectionis desumi nequit, sed limitata. Haec obiectione facile se Complacentes Recentiores expediunt sicuti & obiectione frequentiori: existimant enim infinitatem actuum virtutum diuinorum, ex Deo identico quasi subiecto solummodo desumi, nulla obiecti adhuc formalis & motiui ratione habita, sed male se expediunt: quia falso nituntur principio à nobis funditus euerso tom. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia d. 2. Responderent alij iuxta effugia varia tentata, & à nobis etiam praclusa cert. 1. Respondeo negando inferri amoris diuini limitationem. Ad cuius subiunctam probationem dicto in actibus aliunde adequata pro, quasi priori ad rationes formales, & motiua aliunde specificatis perfectionem à motiuis formalibus, seu specificatiuis pro posteriori aduenientibus non desumi: sunt autem huiusmodi motiua alia omnia, & specificatiua creatae amoris diuini, qui ex Deo, ut adequato obiecto primario, & specificatiuo adequato specificatur, siue in tota infinita simpliciter perfectione sui generis & omni amore constitutum supponunt: ac proinde nequeunt illi perfectionem aliquam siue illimitatam, siue limitatam in linea amoris communicare: quare ei nihil intrinsecè affectiue tendentiae, in ipsa adhuc bona creatae tribuunt, quod quatenus prior in Dei bonitatem increatam tenebatur, non solum realiter, sed formaliter etiam non haberet; tamen obiectiua illa tendentia, & omni amor formaliter adhuc indiuisibilis, respectu Dei ipsius amor, & complacentia sui sit: atque in vnaquaque persona charitas, & amicitia ad alteram personam propria, & necessitaria, respectu autem honestatis cuiusvis moralis virtutis propter se, eadem ipsa amoris formalitate à Deo amata moralis speciei illius amor liber, & moralis speciei illius virtutis, vnde

de constat rursus non posse, adhuc formaliter metaphysicè, siue iudicij, & cognitionis nostrae deceptione aliter, aut intelligi, in moralem aliquam seu bonitatem aliquam creatam Dei amorem ferri, quin in Deum ipsum, cuiusque bonitatem feratur, tanquam in obiectum adequatum specificatiuum, & rationem formalem omnimodis sui, etsi non, ut finem amandi creatam bonitatem, honestatem propter ipsam, ut diximus, eo amore formaliter indiuisibili amatum: eoque sensu, etsi improprie, & partiali solum finis ratione actenta, omnia propter se, ut finem diligere à Deo dici aliquatenus possit id quod, ut dixi, citati supra Vasquez & Heriz praeter ceteris clarius viderunt: etsi posterius tandem rationem obiecti primarij, & adequati specificatiui perfectionis diuini amoris cum finis ratione ob partem, ut sic loquar, rationis finis explicatam repetamque in primario, & specificatiuo perfectionis actus adequato, videntur tandem constare.

4. Porro, ut haec bene percipiantur, oportet plura, quae in actibus, & obiectis creatis deprehendimus, & didicimus, de discere, ut, cum de intrinsecis Deo (qui melius obiectum teste Dionysio Areopag. scitur nesciendo) agimus, oportet plerumque, atque in proposita doctrina, vel maxime, tangit enim infinitatem simpliciter, & genere, & conceptu suo per denegationem terminum extrinseci, aut nos ex instituto, nec disputam, nec satis explicam: quare videnda est ea de re quatio de homogenea indiuisibilitate, & incompositione: adhuc metaphysicè, cuiusvis praedicti diuini tom. 1. de Deo vno, controu. 1. disputat attributis negatiuis nomine, & negatiuis definitione, & controu. 2. de scientia d. 2. ne hic repetatur: etsi breuiter eam doctrinam tom. hoc 2. contr. 4. saepe posuerimus, atque ex dictis de scientia diuina ad actum amoris, & voluntatis diuinae applicauerimus: ex qua nunc obiectionem hanc, si iustare, & repellere pronum est: etenim actus scientiae diuinae omniscentiae est genere, & essentia sua infinita de virtutum creatarum, etiam in se, & secundum se sumptum scientia, & representatio formalis est (nec solum illa Deo eminenter contenta, & identitica Deo ipsi sunt, siue ut in ipso, tanquam medio, si velis, quod remanet cognoscuntur) ac proinde creatae veritas specificatiua & taxatiua scientiae, & representationi diuinae, quatenus eius representatio est fore videbatur: quia tamen omnis scientiam est diuina veritate omnino constitutam in se, quae ex primario obiecto, & perfectionis specificatiui supponit, nihil perfectionis scientiae diuinae afferat: minuit: ita ergo omni bonitati creatae respectu amoris Dei propter ipsam contingit.

5. Tertia imperfectio amoris creatae bonitatis & honestatis propter se, ac non propter Deum ut finem virtutem desumitur ex inaequalitate in morali perfectione virtutum moralium, cum inter se se cum respectu amoris Dei & aliorum propter Deum: at assignare in Deo actum minoris perfectionis de se, quam alius sit, imò, qui non sit summe perfectus indecens Deo est ergo, & assignare Deo amorem honestatis moralis propter ipsam, quin virtutis propter Deum, eiusque bonitatem, ut finem ametur, indigne Deo continet imperfectionem. Respondent Heriz: Aristoteles & alij communiter imperfectionem priuatiuae in se, quae actus & praedictio cuius diuino eius capaci debetur, pollicetur esse in genere, seu specie sua Deum eiusque praedictio debet, ressecus negatiua, cuiusque in sua linea incapax praedictio diuinum sit. Perfectionis autem honestatis moralis speciei nobilioris defectum in specie de se se minus perfectae imperfectionem priuatiuae non esse, Deo eiusque praedictio indecentem, sed negatiua confirmant exemplo scientiae & amoris diuini in quorum altero maiorem metaphysicè perfectionem Theologi recognoscunt, quia obinde altera e genere suo imperfectius denegent Deo, & vtriusque huiusmodi dubio, attributis (quae negari Deo salua fide nequeunt) non vitalibus nobilibus e genere suo est. Ceterum, nec solutio placet, nec instantia quidquam praestant. Nihil enim horum ad idem genus metaphysicum spectat: de se pertinet: sed primo diuersa praedicta sunt, honestas autem moralis amoris diuini intra idem genus honestatis moralis est, & cuius amor diuinus est capax: quatenus cuiusque perfectionis moralis defectus imperfecta priuatiua Deo indigna erit: & scientiae exemplo ipso instatur doctrina & solutio. Neque enim in Deo scientia vnius obiecti creati imperfectioris, imperfectionem scientiae obiecti creati perfectionis in bona Theologia adnotat.

potest, atque omni scientiam Dei è partialibus scientiis diuersorum obiectorum metaphysice constari, contra memoratum principium de simplicitate, & in compositione homogenea metaphysica cuiusvis prædicati diuini à nobis quam ab aliis, explicatis propositum, & plus satis ostensum locis citatis num. 4.

6. Ex eo autem principio, & dictis proxime eodem numero facile oppositio hæc diluitur: cum enim è Deo obiecto primario, & totius sue perfectionis adequato specificatio totam, & infinitam simpliciter perfectionem (non autem tanquam à fine proprie, & absolute tali, vt dicitur) Dei amore ex parte obiecti trahat; quin motiua alia creata, quidquam ei perfectionis, vel augeant, vel diminuant: nec circa obiectum aliquid versari Dei amor possit, quia tota perfectione, atque, vt omni amor, & diuinus, versetur: æque & infinitè perfectio amore circa creatam bonitatem, & honestatem de se maiorem versatur: vt de scientia Dei, erga viliissima obiecta ob eandem rationem dicebamus sæpe tom. 1. de Deo vno conuou. 2. Porro illud *omniferum propter semetipsum operans est Dominus*, & alia, quæ ex scriptura Deum creatam omnia propter semetipsum vt finem velle, & operari lyrate videtur, alio vero eorum locorum: & germano sensu explicauimus contr. 4. d. 2. q. 4. & 5. vt nihil hic de eo vicius dicere opus sit.



QVÆSTIO II.

An relique morales virtutes in particulari, præter iustitiam strictam Deo conueniant?

¶ Oratio virtutum species vniuersiores quæ ad voluntatem spectant, ad tria capita reducuntur: temperantiam nimirum, fortitudinem, & iustitiam strictam, sub quibus speciales, virtutes plures continentur. Cum autem nihil de iustitia stricta questione hac, æque hæc tota disputatione, agendum nobis sit, sed fortius prolixior, solum agere hic oportet de temperantia, & fortitudine quæ ad ipsum operantem solummodo referuntur, & de aliis nonnullis, quæ quia ad alterum sunt, vt liberalitas misericordia ad iustitiam, quæ ad alterum est, redactiue, est non strictæ, & tanquam eius species proprie videntur pertinere, de amicitia verò, quæ ad alterum etiam est disputauimus fuscè controu. 4. vt nihil hic de ea disputare sit opus. Potest autem de præfatis virtutibus Moralibus habitualiter, siue de earum habitibus, atque expedita Dei ad earum exercitium, & actus facultate disputari, vel de earum actibus, & exercitio actuali, & de primo constare esse in Deo expeditam ad virtutum moralium, quas in eo, siue proprie, siue aliquoties & imitatiue, ac metaphysice admittimus facultatem expeditam: quo solum sensu earum habitus in Deo admittuntur, atque in Dei attributis, seu necessitatibus prædicatis, Dei essentiam metaphysicam consequentibus numerantur à Scoto in 4. d. 45. quaestione. 1. & non improbande; tamen si proprie habitus, nec sint nec dici possint vt ibi Scotus, & S. Th. 1. cont. gent. cap. 92. Ratz de Montio d. 55. de volunt. sect. 1. init. & Theologi communiter, & nos etiam docuimus tom. 1. de Deo vno controuers. 2. disp. 2. quia habitus proprii rationis imperfectionem minus expedire potentia volutiue, aut intellectiue ad suos actus supponit: quæ summè expeditam Dei voluntatem ad actus quosvis honestos exercendos docere potius.

Christoph. de Ortega, de Deo vno. Tomus II.

CERTAMEN I.

De temperantia, & fortitudine, earumque partibus.

1. Nihil ferè hic præter communia doctoribus asserta à nobis possunt: dicenda tamen à nobis sunt: tamen si facilia & obuia, ne lector aliquid in nobis desideret, aliosque libros adire cogatur. Dicendum ergo cum omnibus Primo. Virtus temperantiæ in Deo non datur. Ratio omnium data est à S. Th. 1. p. q. 21. art. 1. ad 1. expressius 1. contra gent. cap. 92. n. 5. quia temperantia proprie accepta, in moderandis passionibus appetitus sensitiui, quæ concupiscibilis, essentia sua versatur: ergo cui impossibilis appetitus sensitiuius est, & temperantiæ virtus est impossibilis: is autem appetitus sensitiuius Deo repugnat: ergo, & virtus temperantiæ proprie accepta repugnat: egiogè ergo Arist. 10. Ethic. cap. 8. de diis aiebat. *An temperantes? at quidnam fuerint? An laus est temperantia si prauas concupiscitias non habere dicantur?* Consentit conclusioni & rationi Scotus in 4. q. 1. ad 2. cum suis. Durand. etiam q. 1. ad 2. Caproli. in 1. d. 45. q. unica conclus. 13. Ferrara 1. contra gent. cap. 92. Caietan. & reliqui interpretes 1. p. quaestione. 21. articulo. 1. Ruiz disput. 55. de volunt. section. 1. numero 4.

2. Inde dico secundo: Nec Metaphysice: Deo temperantiæ virtutem, eiusve partes conuenire: quia nec Deo passiones spirituales sunt, quæ virtute egeant moderatrice temperantiam propriam imitante: quod, eo etiam loco, & textu Aristoteles docuit temperantiam Deo ob passionum vniuersum defectum, & impossibilitatem negans: quoniam verò ira metaphysice propter effectum, tamen ordinatissimum, & effectum puniendi Deo tribuitur, mansuetudo, quæ pars temperantiæ est, Metaphysice Deo sæpe in scriptura, & Patribus iure tribuitur Daniel. 3. *Eae nobiscum secundum mansuetudinem tuam*, & alias sæpe: quo etiam pacto clementia, vt minimum tribui Deo debet immò metaphysice minore: quia eius minus est moderari penas debitas, & iustitiam puniriæ: quod absque vlla passionis inordinate animi suppositione valere reperiri. Minus autem vere Ruiz noster n. 7. Clementiam, vt partem temperantiæ proprie dicat, ac subinde propriam temperantiam in Deo admittit, siquidem, vt ipse in ratione communi conclusionis primæ ait, temperantia propria passiones appetitus sensitiui necessario supponit: quare ea suppositione, & sensu tantum mansuetudo, & clementia partes propriæ siue species temperantiæ, in nobis vtrique, à S. Th. dicuntur 2. 2. q. 157. a. 3. sensu autem nostro metaphysice accommodatissimo Clemens Deus Exodi 34. Paralip. 10. Ionæ 4. ac pluries, atque Ecclesiæ orationibus Deus compellatur.

3. Dico tertio: fortitudo proprie Deo non competit, competit autem metaphysice accommodatissima. Prima pars probatur ratione, & Autoritatibus conclusionis primæ: quia fortitudo supponit irascibilis appetitum, eiusque affectibus timoris, & audaciæ, quos moderetur intercedit: quare cui sensitiua irascibilis animo & ira proprie, timor, & audacia repugnat (vt Deo) & fortitudo propria repugnat. Metaphysice autem Deo fortitudinem (qua perfectionem præferat, & effectus habet magis manifestatiuos potentia subiecti fortis) conuenire citra dubium est: quare, & Deo tribuitur 1. Reg. 2. Iob. 9. Psalm. 7. & alias sæpe Magnanimitas, vt pars potestatiua fortitudinis, ab eius perfectione deficiens (vt ex Andronico, & Macrobio ait S. Th. 2. 2. q. 129. a. 5.) tenditque ad eximie laudabilia, & honorabilia, mediumque rationis ponit, ac tenet circa magnos honores (iuxta Arist. 2. Ethic. c. 7. & S. Th. q. cit. a.) proprie Deo non conuenit, ob difficultatem in moderandis passionibus à ratione per excessum aut defectum, quam essentia sua importat: quod si ab hoc abstrahatur magnanimitas idem prorsus, quod magnificencia erit de qua post modum.

4. Patientia

4. Patientia, & longanimitas Deo metaphoricè saltem conueniunt: siquidem Deo in scriptura tribuuntur. Prima Exod. 34. 6. & 18. Iudith. 8. 14. Psalm. 144. & 85. Secunda ad Romanos 2. 2. Petri 3. Psalm. 102. & alibi. Proprie vero neutra Deo conuenit. Patientia quippe rationis bonum contra impetum tristitiæ conseruat, malaque tolerat ex August. lib. de patientia cap. 2. & S. Thom. 2. 2. question. 136. a. 1. Horum autem omnium incapax Deus est: quare & patientiæ propriæ longanimitas solum addit extensionem animi ad aliquid longe, & diuturnè distans ex Tullio laudato à S. Thom. ibidem art. 5. quo materia solum à patientia differt, quæ intra speciem moralem eo etiam extenditur, quia suum prætergrediatur obiectum: quare eadem virtus vtrique est in genere moris, idem iudica de constantia, & perseverantia quarum prima supra patientiam arduitatem, secunda diuturnitatem malorum expressius dicit iuxta S. Th. 9. 137. a. 3. quare & metaphoricè tribuenda Deo sunt; et si Deo nusquam in scripturis legantur.

5. Magnificentia, et secundaria fortitudinis pars, & quæ in nobis moderandas per ipsam passiones supponat: ac superandæ difficultati dispendij bonorum temporalium intendat, iuxta sanctum Thomam 2. 2. quest. 134. art. 4. proprie tamen illam Deo conuenire docet 1. p. question. 21. art. 2. ad 1. & 1. contra gentes cap. 93. init. Ruiz noster citat. sect. 1. num. 13. quia expeditio, vel propensio ad res magnas faciendas ab eis abstrahit imperfectionibus, in Deoque inuenitur: quare & absolute & propriè magnificentia Deo tribuitur, cum Magnificus in scriptura absolute nominatur Psalm. 76. *Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus faciens mirabilia.* Luc. 1. *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* & Psalm. *Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.* Psal. 103. *quàm magnifica sunt opera tua Domine omnia in sapientia fecisti.* Psalm. 8. *Elevata est magnificentia tua super calos.* Atque Exodi 15. *Ita ex 33. & alibi Magnificus absolute Deus dicitur: & quamuis creata omnia etiam præstantissima Dei eiusque potentie comparatione minutula absolute sint, & perexigua; in se tamen etiam abiectionissima creata ea potentia, atque & sapientia diuina egent, ut eis titulis magna dici merito, atque haberi debeant: ut citato loco ex Psalmo 103. expresse notatur.*

CERTAMEN II.

De virtutibus nonnullis ad alterum
relatis, ac proinde iustitiæ ali-
quo modo annexis.

1. Prima ex his virtutibus liberalitas proprie conuenit Deo: ita Doarez opusculo de iustitia sect. 1. num. 26. contra Valquez 1. p. d. 18 f. cap. 7. §. 1. & 2. est etiam nostri Ruiz proxime lect. 2. S. Thom. & Arist. infra recitandi. Probat ex Psalm. 103. *Aperiente te manuum tuam omnia implebuntur bonitate: & omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore: & Aperu tu manum tuam, & imple omne animal benedictione.* Iacobi 1. *Qui dat omnibus affluenter.* Lucæ 6. *Benefacite, & mutuum date nihil inde sperantes: & eris merces vestra multa, & eritis filij Altissimi & rursus benefacite illi, qui oderunt vos, ut sitis filij patris vestri, qui in calis est, & solem suum oriiri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos.* Et ex multis in eandem sententiam aliis. Probat ex Aristotele 4. Ethicor. cap. 2. & Auicenna 9. Meth. cap. 7. S. Thom. 1. p. question. 21. art. 1. ad 1. & art. 3. corp. sub fin. & 1. cont. gent. cap. 93. sub init. Ratio autem horum, & communis est: quia liberalitas propriè nihil aliud est quam bonorum alteri donatio, nulla in ea utilitate, commodum attentio præter donandi honestatem, ut proxime Aristoteles aiebat: nemo autem ita propriè donationem suorum bonorum abique vlla utilitatis, aut commodi à creaturis, quibus ea donat capiendo, (& à quibus capere commodum non potest) ob putam donandi

honestatem exercet. Ergo nulli ita propriè liberalitas competit, ac Deo: quare egregie Auicenna proxime à S. Th. proxime etiam laudatus Deum summa proprietate liberalem agnoscat, & docuit. Confirmatur: quia ut Deus propriissime liberalis sit, nec creaturis beneuolus esse poterit, gratiaque aut beneficii alicuius in ipsis collatum contra dogma fidei, ut patet siquidem, et si beneficiis propria complacentiam in persona ob cuius utilitatem conferuntur beneficia, & dona superaddat, vel supponat tamen & debitum, & respectum ad proprium largientis commodum in beneficii donatione excludit: quo quidquid liberalitas propria exigit continetur.

2. Dico 2. Dei liberalitas multo propior perfectiorque sublimisque est ex specie seu genere suo quam liberalitas creata: quia ideo à proprietate liberalitatis delectat, sed potius intra liberalitatis moralem honestatem mirifice cœchatur. Maior perfectio probatur ex maiori simplicitate materie: extenditur quippe non solum ad temporalia, & pretio seu pecunia æstimabilia (que tota sphaera materie liberalitatis creata sunt; sed ad spiritualia, & supernaturalia, tanquam ad materiam propriam Dei liberalitatis se, immò præcipue porrigit, in donatione vero eorum omnium, & singulorum liberalitatis diuine perfectio elucet alia create libertati impossibilitate. Ita enim bona sua creaturis largitur, ut nihil utilitatis, & commodi illis detrahens supremo tamen eorumdem dominij donatione ipsa se non abdicet. Contra verò liberalitatis create donatione rerum à se donatarum dominium se abdicet donator, & in donatarum necessario tradat, quod quidem non è liberalitatis proprietate, sed ex creati donatoris, & dominij imperfectione, vii venit.

3. Quod autem cum ea diuersitate, & excellentia liberalitatis diuine respectu create à proprietate liberalitatis illa non deficiat, ex proxime dictis facile constat: atque item ex aliis prædictis, quæ creatis propriè conueniunt. Deo autem cum proprietatis excellentia tanta, ut diuinarum cōparatione in creatis analogice solum & summatim dinari reperiatur, ut esse, & ens bonum, verum & reliquum vnde constat ad argumenta nostri Valquez quibus iam solum certe probat, nec aliud forte contentum ab eo quod diximus, scilicet Dei liberalitatem ab imperfectione creatitatis materie pretio solum æstimabilis, in qua solum creata nostra liberalitas esse, atque exerceri potest effectum, atque ab imperfectione etiam abdicatorem dominij eorum quæ à Deo donantur, quæ liberalitatis nostre exercitio necessario sit ob creati dominij imperfectionem quare mirum non est Aristotelem Philosophum, & S. Th. Theologumque reliquos, cum de liberalitatis nostre virtute agunt ad materiam pretio æstimabilem, eam restringere, atque in eius exercitio dominij abdicatorem in donatore necessariam docere, quia donatione perfecta ad liberalitatis exercitium profus necessaria, in donatarum transfertur, ac subinde perit necessario donatori: cum in eisdem dominium, plenum, & insolidum penes duos simul esse non possit. Dei autem dominium: cum generis alterius & supremi sit, inferiori creato, quod basium vocant, non adueriatur: neque creatum hoc vnde cœmpo, siue Dei siue hominis largitate, siue aliunde, proueniat subordinationi, & subiectioni ad dominium diuinum, se subducere potest.

4. Et hæc sane plana est, ac reliquis solidior solutio, & à S. Th. exhibit 1. contra gentes cap. 93. vult, fin. utendum autem est à solutione alia nostri Ruiz cit. sect. n. 14. quod nimirum Dei largitionibus aliquis dominij abdicatio in ipso interueniat: quia aliquid dominium nobis suis largitionibus confert Deus. Inde vero aliquis abdicatio dominij diuini minime inferatur, ut ex dictis patet. Secundo sibi contradicit. Dominio quippe supposito nullatenus neque aliquoties se Deus abdicat per te. Anterior autem seu basii incapax per te etiam Deus etiam nec pro priori ad sua largitionem habuit. Ergo nullatenus illo se abdicat rei largitione. Simili contradictione laborat confirmatio, quod scilicet per votum maxime solenne dominij particulare personæ Religiozæ suarumque rerum in Deum transierat, cuius nimirum Deum incapax esse immoderate alicuius. Denique vel ad proprietatem liberalitatis abdicat talis: requiritur donatione dominij abdicatorem vel solute talis: frustra ad proprietatem liberalitatis diuinæ, nec si secus: frustra ad proprietatem liberalitatis diuinæ, requiritur alie qualis hæc abdicatio. Si primò, aliquoties hæc

non absolute tali abdicacione domini Dei per eius largitionem aliquis solum Dei largitas, & liberalitas defenditur. Data ergo solutioni communis & nostre standum merito: de proprietate diuine liberalitatis cum summa excellentia, & excellentia proprietatis: inde verò & ob Dei summam dignitatem, & bonorum quorumque à Deo increata profectorum magnitudine notatam, certamine 1. num. 6. tactumque hic num. 1. à Iacobo cap. 1. conferem Dei largitatem libertatis nomine non satis digne Deo explicari, sed magnificentie voce: iuxta scitum illud Panegyristæ in non absummi ad suum Imperatorem. *Prinorum ita copia est inter se esse munifici, tua beneficia, ut maiestate præcellunt, ita munum non repositum.*

1. Sedenim inde obicit ex Sancto Thoma potest, 2. 2. quæst. 117. art. 6. ad 1. docente. Ratio promittit ex eo, quod amant homines, quibus dat, non autem ex eo quod afficiatur ad ea quæ dat, & ideo magis videtur pertinere ad charitatem, quam ad libertatem. Mihi nostri Ruiz solutione num. 16. & aliorum quæ motuum formale actus diuini cum specificatio adequato illius male confundit: respondetur ex dictis num. 1. fine. Complacentiam in persona, cui bona largiatur, largiturque Deus, & finis cui rationem: respectu largitionis, & voluntatis largiendi illa habet, nullatenus affectum ad bona ipsa largienda, nullo debito, aut commodo largientis excludere: quod satis est, vt liberalitatis affectus proprius sit, licet non ex complacentia in bonis datis, (quod solum verba Sancti Thomæ excludunt) sed ex complacentia in homine qui donatur: quare ad charitatem etiam & magis spectant saltem imperatiue, quia non supposita bona illa ipsa qua homini bona amari à Deo absque vilo alio respectu debiti, & commodi proprie minime possent: illudque magis, satis innuit proprie illa bona, absque illo alio respectu, quod est proprium, & speciale obiectum liberalitatis à Deo amari: ac proinde eiusmodi affectum liberalitatis esse proprium: imò amari bona alterius absque commodi proprio respectu, ac solum quia alteri bona vt ad libertatem oportet, absque complacentia præsupposita in eius persona omnino repugnat, tantum abest, vt virtuti liberalitatis officiat.

6. Denique obicitur Aristot. 10. Ethicorum cap. 8. sub med. de Diis ita scribens: *An videmus videri, si amantur & deprecia reddant, & huiusmodi cetera agere? Inferiuscule, An liberales, & cui dabunt? Absolutum est insuper si nummos etiam habeant, aut aliquid tale: negataque temperantia, & fortitudine Diis concludit: ita per omnia discurrunt cuncta, quæ sunt circa actus, parua quadam, & non digna Diis immortalibus sane videntur.* Hic textus non contra liberalitatem solum, sed contra omnes morales Dei virtutes pugnare videtur. Respondet Ruiz num. 18. ex intento Aristotelis, qui eo capite suscipit probandum perfectam felicitatem non in vita actiua, sed contemplatiua sitam esse, probatque, quia Deos maxime Beatos esse putamus, atque felices, quia actiue vite virtutes exerceant, vt recitatis verbis probat. Bene ergo virtutes morales vite actiue in Deo non admittit, atque inde intentum probat: quod satis contra hæcenus datas tuas, & nostras conclusiones erit. Communis solutio Sancti Thomæ 1. parte, quæst. 1. art. 1. ad 1. fine: Durand. in 4. d. 46. quæst. 1. ad 2. & Scolasticorum est: solum negari ab Aristotele Deo virtutes circa ciuiles, & politicas actiones: quare & ita ab eis cum textum recitari. *Radiculum est secundum virtutes Deum laudare, aut virtutes politicas in Deo ponere: quæ solutio bona quidem est, sed aptioribus vocibus iuxta superiora dicta explicabitur.* Nempè negare Deo virtutes morales creatas, & ad materiam & imperfectiones, quæ Deum dedecent determinatas: vt conceptis verbis Aristotelis obiectis satis claret, atque ex capitis eiusdem fine. Vbi Deos, si rerum humanarum, (vt putatur) curam habent, studiosis hominibus beneficia conferre: quare, & in eos liberalitatem exercere ingenuè fatetur.

7. Benignitas, iuxta Andronicum, *Est habitus voluntatis beneficius, & Isidor. 10. Etymolog. capite 2. Benignus est vir sponse beneficius: (adit pro affabilitatis virtute, & vocis benignitate) & Apuleius eloquio,*

& quoad animi benignitatem, à beneficentia nullatenus distinguitur, vix misericordia in Deo distinguitur, cum enim vt patet, & hæc solum beneficentia addat eius, cui beneficia conferenda sunt, misericordiam, & indigentiam quam supponit: Deutque creaturis tantum, indigis, atque Dei ipsius mendicis benefacere possit, benignitas & beneficentia Dei, quæ misericordia proprie non sit esse non potest: proprie autem benignitatem & beneficentiam Deo conuenire ex data eius definitione constat: sicuti & ex adiuncta, & necessaria indigentia creaturarum conuenire ipsi proprie misericordiam. Confirmatur ex frequentia scriptura Psalm. 68. *Benigna est misericordia tua, Sap. 1. Benignus est enim spiritus sapientia, Isid. 2. Quia benignus & misericors est.* Rom. Benignitas Dei ad penitentiam te adducit. Luc. 6. *Ipsa benignitas est supra ingratos, & malos:* atque ex eodem cap. referebamus num. 1. proprie, verò iuxta Ticonij, & Augustini receptissimam regulam interpretandi scripturam, accipienda necessariò sunt. Consonant Patres omnes: pro quibus vnus Basilii in re adeo apud ipsos vulgari, & cunctis nota recitandus in Psalm. 114. Ad id: *Misericors Dominus & iustus,* scribens: *Cum indicat commensuratumque infirmitati nostre iudicium inferi, benignitatis erga nos affectu potius, quam æquipesationis nos plebens.* Quod autem ad vocis benignitatem, seu affabilitatem ab Isidoro additam spectat, Sapient. 8. dicitur. *Non enim habet amaritudinem conuersario illius: nec radium conuictus illius: sed læticiam & gaudium.*

8. Veritatis multiplex acceptio est, ac pro eius diuersitate virtus moralis non vna seclusa eius acceptione pro veritate in cognoscendo, & iudicando (quæ moralis virtus voluntatis non est, sed intellectus, & ad scientia controuersiam spectans) quandoque veritas pro iustitia viupatur. Psalm. 84. *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculata sunt,* atque alibi: in qua acceptatione de veritate agemus d. 2. Illuminatur etiam pro veritate in dicendo, seu veraciter: quæ ex Aristotele 4. Ethic. cap. 14. *est semperque talis in suis dictis ostendere, qualis est,* quibus verborum, & operationum externarum cum indicio, & affectibus internis conformitatem, complexus est, & explicatus S. Thom. 2. 2. quæst. 109. eam veritatis virtutem Deo proprie tota sua amplitudine conuenire ex ipsa definitione claret: tamque certum est, quam sit certum: Deum mentiri fallacemque in dicendo esse non posse, neque operibus suis hypocritam, ac deceptorem. Confirmatur ex Psalm. 85. vbi dicitur: *Pateris, & multa misericordia, & verax est.* Rom. 3. *est autem Deus verax.* Confirmatur: quia alias fidei diuine certitudo, veritas infallibilis notabit & corruet: idcirco conclusio hæc S. Thom. proxime & 1. contra gent. cap. 93. num. 7. & reliquorum Scholasticorum dogmatica est. Huc etiam spectat fidelitas in promissis diuinis, quæ veritatis nomine in scriptura significatur: non semel & loco Pauli ad Rom. 3. proxime recitato: sed quaquam veritas sue primo modo, siue pro fidelitate viupata debetum sonet, & contineat: non autem creaturæ, cui vel loquitur, vel promittit Deus contra ipsum, promissione adhuc, quæsitum & paratum: sed decentiæ diuinæ est: qui sibi, nec mentiri cum loquitur, nec promissis non stare potest, cum promittit: vt fuit controuersia de Incarnatione, atque obiter alibi docuimus iterumque d. 2. de virtute iustitiæ ex instituto docuimus.

CERTAMEN III.

De gratitudine Dei erga iustos.

1. DE gratitudine Dei exorta lis est sæculo proximo illam asserunt Vasquez 1. 2. d. 215. cap. 1. n. 2 d. 223. c. 8. fine, & assecla. Lorca disput. 44. de gratia, §. *his promissis*: qui, cum Deum ex iustitia propria, adhuc distributua, præmium bene operantibus reddere posse negent, ex gratitudinis virtute reddere docent.

A 2 3 Contra

Contra verò Soar. relect. de libert. Dei d.2. sect. 2. num. 3. & tom. 3. de gratia lib. 12. cap. 30. a num. 3. Salas 1. 2. tom. 1. tractatu 7. d. 7. num. 5. Theophil. Raynaud. natural. Theolog. dist. 8. quest. 2. art. 5. Koninck de actib. supernatural. d. 8. dub. 1. num. 3. Ruiz fauet, licet re vtramque sententiam, & Vasquez potius mentem, quod ad gratitudinem attinet, cum Soario conciliet sect. 4. num. 6. etenim Vasquez (& Afflicta subinde) d. cit. 223. sine monet: Deum; cum beneficia à creaturis nequeat accipere gratiam illis habere, agere, aut referre minime posse; cum autem, vt iam videbimus, gratitudo, siue in affectu, siue verbo, siue opere, proprie accepta essentia sua beneficia supponat, indeque oppositæ sententiæ Doctores in primis Deo gratitudinem propriam negent; de re ipsa nequit Vasquez, & Soaristis dissidium esse, sed solum de nomine. An scilicet gratitudo in bonis præmiandis sensu aliquo à Theologis non omnino improbanda Deo sit concedenda necne? quo super nobis disputandum, & definiendum in præsentiarum erit.

2. Dico primo: gratitudo proprie accepta, atque, quatenus ex latine lingue penitus accipi potest, Deo repugnat: ultimo in conclusione hæc vtriusque sententiæ Doctores esse concordem. Probatur: quia, etsi abstracta vox *gratitudo* latinis præcis in vltro non fuerit, fuit tamen in vltro eisdem vox concreta *gratus*: talis autem dicitur apud ipsos, qui pro accepto beneficio gratiam habet, agit, vel refert: vt videre est in Cicerone, Terentio, Plinio, Seneca, apud Latine lingue dictionaria, & Thesaurus quosvis. Vnde probatur conclusio: gratitudo ea latinitatis proprietate supponit essentia sua in eam habentem beneficii receptionem ab eo, erga quem ob præstitum beneficium habenda gratitudo est: ergo erga eum, à quo haberi beneficium nequit, nequit aliquis habere gratitudinem. At Deus à nullo habere beneficium potest, ergo nec potest ea latinitatis proprietate habere erga aliquem gratitudinem. Subsumptum probatur: quia non ab aliqua persona diuina: quia nihil gratuito, & libere vna persona in diuinis recipit ab alia, vt ad beneficii receptionem opus erat: sed neque à creatura aliqua recipere potest, cum nullo creato obsequio vilitatem, siue ad bene, siue ad melius esse Deus indigeat, vt scriptura testatur ad Roman. 11. Prouerb. 9. Job. 22. & 35. Psalmique frequenter. Confirmatur: quia nihil vltra creatori Deo debitum exhibere ipsi creatura potest: immò, quod infra ipsi debitum non sit: maxime cum opera ipsa honesta etiam supererogationis, Dei dona, & beneficia sint atque in gratia auxiliis ad ipsa necessariis à Deo data, beneficium autem non nisi ex iis que vltra debitum recepta sunt conferri ab aliquo potest. Confirmatur tertio: quia beneficium conferens in collatione illius aliquam respectu recipientis superioritatem exercet ex Aristot. 4. Ethicor. cap. 3. sub med. & illud Christi Domini. *Beatus magis est dare, quam accipere.* Hanc autem repugnat à creatura haberi, & exerceri respectu Dei: immò ab illa ex diuinis personis respectu alterius demum Dominium actuale Dei in nostra omnia, libere etiam à nobis exhibita formaliter à nobis non prouenit, sed solum materialiter: quatenus scilicet materiam apponimus, ad quam intrinsecum omni Dominium Dei exercitè absque vlla sui additione extendat.

3. Dico secundo: gratitudo proprio aliquo vero Theologico sensu in reddenda honestorum operum mercede est in Deo admittenda. Conclusio hæc est contra Soaristas, & nostrum Ruiz, & quam solum Vasquez contendit cum Soario de nomine solum certans: siquidem, vt ex ipso referebamus, gratitudinem Deo acceptatione prima conclusionis cum Soario, & reliquis eisdemque doctrina vbiq; suæ principis insistent. Ne autem à Deo noua propria hæc Theologica gratitudinis quam Deo Vasquez, & nos tribuimus, videatur, audiatur Cic. 1. de natura Deorum dicens: *Deum hominibus gratificari*: quod, sermonis proprietate, idem est, atque ex grato animo siue gratitudine gratiam referre: negat autem statim Deum hominibus *facere gratum*: quia id obsequium tanquam aliquatenus superioribus, & subiectione in Dei aliqualem respectu ipsorum sonare videtur. Hinc Ciceronis modum loquendi vitandum à Theologis monet Ruiz ex dicendis ad obiectionem secundam: quia falsum

Deoque indignum proprietate sermonis ita inhibere gratitudo habet, vt eo sublato gratitudo proprie, eiusque conceptus absolute non maneat, quemadmodum hæc opinionis conceptus sublata iudicii fallibilitate, & veritatis incertitudine: quare opinio nullo proprio sensu, & opinionis conceptu tribui Deo à Theologis potest: sed conceptum verum & proprium ac speciale eius vocis *gratitudo* significatum ostendit ratio conclusionis subiicienda.

4. Etenim bonum aliquid alicui tribuere, eo quod vltro gratum aliquid alicui exhibeat, etsi huic vltro per possibile vel impossibile non sit, honestum quidem, & bonum moraliter esse: non ex alia virtute charitatis, iustitiæ, fidelitatis, &c. ergo gratitudinis. Argui Deum homini præmium tribuit bonorum operum, eo quod in his complacet, quia honesta, & sibi grata vltro ab homine exhibentur, tamen vilia ipsi non sunt: ergo non alia virtute quam gratitudinis. Confirmatur: quia, etsi gratitudo creata solum fit ob beneficia, & bona nobis vtilia & commoda ab alio nobis exhibita, idem tamen est, quia non, nisi de nobis commodis, & vtilibus ex concupiscentia, ob animi & affectus nostri vilitatem, complacemus. Deus autem ob suæ bonitatis & voluntatis perfectionem, & excellentiam summam de honestis operibus sibi prorsus inutilibus, atque circa viliam bene operantium ius contra ipsum ex bonis operibus queritum, bonitatis & perfectionis suæ magnitudine, & eminentia gratificandi ipsa debitor sibi (vt sic loquar) ipsi constituitur: etsi, non adeo stricto debito, adhuc sibi (si promissionem excipias) vt sibi, nō mercedem reddere, deficeret. Confirmatur secundo: quia, etsi ratione vilitatis, grata hominibus bona vltro oblata finis vilitate complacent, & vicem rependant offerentibus, neque tamen nequit ideo illa affectu, & effectu gratitudinis respondere, quia ipsi grata: quantumvis enim vilia ipsi essent, si ingrata, seu non grata sint materia gratitudinis esse nequeunt: ergo gratitudo, etiam nostra, respicit exhibita beneficia vtilia & commoda nobis, quæ nobis gratia, vt gratiam habeat, ac referat ea exhibenti: argui Deus iustus ob opera bona, quia honesta, sibi grata, & vult reddere, & reddit mercedem: ergo in eo affectu, & effectu est specialis ratio, quæ in solo gratitudinis nostre affectu reperitur; tamen ob animi creati abiectionem, vt dixi, ea solum grata nobis sint, & apud nos gratiam habeant, quæ nobis commoda sint, & vtilia.

5. Vnde constat aliquid speciale, & essentiale practicum virtutis gratitudinis nostre in affectu Dei erga iustos ob honesta opera, atque in effectu, ea compensandi reperiri: quare, & virtutem propriam gratitudinis ab imperfectionibus gratitudinis nostre (quæ solum ob proprii beneficii, vtilis & commodi nobis exhibiti est) supparatam ipsi esse tribuendam, sicut de reliquis moralibus Dei virtutibus philosophari, cum aduerentis etiam, hæcenus fuimus. Ab opinione vero, Deo à Theologis iure negata, paritas non est. Nam quidquid speciale, & specificum in opinione, vt ab aliis iudiciis diuersa, inuenitur, est incertitudo, & fallibilitas, cuius nihil simile in diuinum iudicium cadere potest: denique opera nostra honesta vltra debita Deo non esse, immò verò illa ipsa esse diuinæ liberalitatis, & gratiæ dona rationi beneficii Deo à nobis collati prorsus abesse, sicut autem obest: quominus, etsi ex eius gratia, & liberalitate, gratum ipsi aliquid vltro exhibeamus, & cuius complacencia, & intuitu mercedem nobis conferre velit, & conferat de facto, atque gratiam sibi, & honestam in eo opere exhibendo indultiam nostram compenset: videat lector an causa Vasquez cadat (vt exploratum supponit impugnatione vltima Ruiz) dum gratitudinis virtutem in conferendis iustorum premis Deo adscribit: ne iustitiam in ea retributione fateretur de quo d. 2.

CERTAMEN IV.

De obedientia, obseruantia, & Religionis virtutibus statuitur.

1. Dicendum vniuersum est: nullam virtutem moralem, quæ respectum inferioris ad superiorem dicitur in Deo esse admittendam: est conclusio S. Thom. 1. contra gent. cap. 9. sub med. & Theologorum omnium, de fide, & lumine rationis naturalis euidenter nota: siquidem ad Hebræos 6. *Maiorem non habere* dicitur Deus Plalm. 49. *Excelsus super omnes gentes*, id est rationales creaturas omnes, ex quibus solus Dominus, & superior alterius esse potest. Additur: *Quis sicut Dominus Deus noster*, &c. Vbi non superior solum Deo negatur, sed etiam equalis: Sapient. 12. *Quis enim dicit tibi quid fecisti? aut quis statuit contra iudicium tuum*, &c. Non enim est alius Deus, quam tu. Quibus naturalis ratio continetur ex summa Dei excellentia supra omnia, etiam rationalia reliqua, ac subinde supremo in ea omnia dominio, & principatu, cui proinde habere superiorem repugnet, ac subinde virtutis cuiusvis habentis respectum ad superiorem potestatem exercitum omne. Dices dictamen rationis, & conscientie vniuique vim legis habet, cui obediatur, ex Aristotele 1. Ethic. capite vltimo, post med. ergo dictamen rationis diuinum vim legis habet cui obediatur Deus: in primis antecedens male probatur ex Aristotelis citato loco, qui de appetitu sensitivo est.

2. Negat consequentiam Ruiz; quia rationis dictamen nostrum legis æternæ seu dictaminis diuini, & superioris, quod cunctis notum facit promulgatio est, seu Deo dictamen proprium, quod aliud superius, seu superiorem legem non habet. quam Deo intimetur, aut promulgetur, cuique propria obedientia præstari queat: solutio hæc tangit aliquid probabile neminem, scilicet, nostri bene, vel male, siue iuxta, vel contra conscientiam, & dictamen prioris rationis operari posse absque Dei (saltem, qua legislator supremus est) aliquali notitia. Ex quo deducitur contra Lugo, & alios, peccatum Philosophicum à Theologico re ipsa subtiliter diuidentes, nullum peccatum pure Philosophicum, seu cum omnimoda Dei ignorantia committibile esse posse: siquidem dictamen proprium rationis, siue quo peccatum Philosophicum esse nequit, Dei legislatoris aliqualis notitia, & promulgatio est: sed huius examen rigidum alterius est loci. Aliud continet certum, atque de re præsentis solutio dictamini solum proprio, & qua tali nec superiori, quod propria lex subinde fit: quantumvis illud lex improprie & abusiue dicatur propriam obedientiam præstari non posse: quare nec homines qua propria rationis dictamen qua proprium sequuntur improprie non obedire, quod satis est, vt Deus (qui suæ rationis dictamen non nisi vt proprium sequi potest) improprie obedire nequeat: quæ doctrina ex communi doctrina, quæ docet legislatores creatos supremos suis legibus quoad vim coactiuam non teneri satis confirmatur. Hinc patet Christi obedientiam Deo & Patri in Evangelio professam improprie intellectam eius quæ hominis non qua Dei fuisse siue secundum humanitatem non secundum diuinitatem.

3. Dico secundò: obseruantia, & religionis virtutes morales Deo repugnant. Prona sane est ex generali principio euidenti, & dogmatico de impossibilitate superioris, & excellentioris respectu Dei (qui cunctis principatu, & omnigena excellentia eminet) demonstratio: siquidem obseruantia, & religio omnis superioritatem, & excellentiam eius, cui exhibetur, respectu exhibentis essentia sua, vt motum supponit. Quod autem Christus Dominus Patrem maiorem ipso esse quandoque profiteatur, de se, qua hominem, siue secundum humanitatem, non autem, qua Deum, siue secundum diuinitatem loquit communis Patrum contra

Arrianos expositio est, vt vidimus controu. de Trinitate d. 1. & d. de comparatione personarum: vbi nonnullos Patres de Christo secundum diuinitatem; seu, qua Deum illud interpretantes retulimus; aduertentes tamen vocem maioritatis improprie tunc à se vsurpari, Patres docuisse quatenus solam Patris Originariam præcedentiam, filique ab ipso originariam præcessionem (quæ absolute dictæ, & omnimodæ æqualitati personarum minime deroget) significat; ne Arrianismus incuratur, eorumque consentiatur errori: eadem ratione de Oratione Christi Domini ad Patrem, & sacrificio cruento & incruento corporis sui Deo oblato (qui actus religionis sunt) sentiendum procul dubio est: eum, nempe, qua hominem, siue secundum humanitatem, ex omnia exercuisse, non qua Deum.

4. Acrior contra hanc conclusionem eiusque principium è Dei ipsius iuramento (qui actus etiam religionis est) toties in scriptura posito Genes. 20. & 50. Exod. 13. 23. 35. n. 11. & 14. Deuter. 2. 4. 10. 29. 30. Plalm. 88. & 109. Sapient. 12. Isai. 14. & alibi pluries. Ceterum cum iuramentum (ex Augustino sem. 28. de tempor. & S. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 1. & 4. Philosophis, & Theologis, ac ipsa naturali ratione) sit testem maioris sapientie, & auctoritatis, quam sit asserens, asserere ad maiorem assidue veritatis, & pollicitationis securitatem, & certitudinem, vel audientibus, vel promissariis ingenerandam, atque ideo iuramentum per Deum actus religionis sit: quia summe veritatis, & veritatis diuinæ professio est: Deusque nec alium auctoritatis maioris, qua asserit, & promissionis suæ certitudinem, & firmitatem confirmet, neque se ipso maioris auctoritatis ipsa sit, cum nunquam improprie iurasse, iurare posse euidentissimum est: quare metaphoricè solum Deus iurat, se ad humanam consuetudinem demittens, & ad nostram incredulitatem sese accommodans, vt nobis quod oportet firmius suadeat iureiurando interposito facilius, firmiter credimus. Sic Athanasius, sermon. de passione & cruce Domini columna 4. Chrysostom. ad Hebræos. 6. homil. 11. column. 2. Hieronim. in 14. Isai. ad id. *Iurauit Dominus exercituum*. Ambrosius, de Cain, & Abel. cap. 10. circa med. Cyrillus, Alex. 6. in Genes. versum. Augustinus, 16. de ciuit. cap. 32. post med. & in Plalm. 88. column. 2. Basil. homil. 29. de penitentia columna secunda, Philo. lib. de Cain & Abel & libro 2. allegoriar. legis, in obiectionibus contra Dei iuramentum, quos omnes recitat. Ruiz d. 55. sect. 5. Neque verò ea benigna sua ad nos accommodatio, cum iurat, nos decipit, etsi improprie, vt diximus, non iurat: suam quippe præiudicatis implendis eo improprie iuramento fidelitatem adstringit, & præiudicationem facit, renque, eo etiam indefectibilis fidelitatis suæ titulo, firmam vt dicemus quæst. 3. certam. 1. numero 6.



QVÆSTIO III.

De Dei promissione, Pacto, & similibus, quoad proprietatem, & vim, seu obligationis inductionem.

¶ Vcem dicendis, examinandisque d. 2. hæc asseret. Quæstio: quare, & de diuinæ Promissionis, pacti, & similibus existentia, ab eius proprietate, vel metaphora abstrahendo, agendum in primis erit: deinde promissionis, siue pacti, & similibus quatenus ex parte alterius expacientibus est, natura, & essentia statuenda. Tertio de proprietate, qua Deo conueniat: quarto an Deo obligationem implendi promissa aliquam, & ex qua illam virtute inducat?

CERTAM

CERTAMEN I.

De existentia, & essentia diuine
promissionis.

Item de antiquis à se præstandis ad homines facta promissio constat ex scriptura frequentissima in terminis & voce promissionis ipsa Genes. 1. & 2.2. inq. n. 10. 1. ad Timot. 4. ad Rom. 8. ad Hebr. 6. Actor. 1. synonyma pollicitationis voce 1. Ioann. 1. ad Hebr. 4. genes. 8. Exod. 12. num. 32. Deuter. 1. & pluries: vocibus autem aliis pacti, fœderis, testamenti eadem ex parte Dei promissio ad homines facta adest; licet aliud, quod hæc ultra promissionem addunt, & concernunt idem significetur: utramque enim mutuum duorum promissionem dicit 1. Pactum de Pollicit. quæ proinde abque alterius ex pacificentibus, fœdusque inincumbit, atque, in re præcæti, Dei promissione mutua esse non potest, vt de se patet: fœdus addit materiam pacti, & mutue promissionis determinatam: nempe pacem dimittentium, seu ante fœdus inimicorum, & discordium. Pacti iugum nomine Dei ad homines promissio habetur multoties. Genes. 9. & 16. Exod. 6. 19. & 31. Deuter. 4. Itai. 55. Psalm. 77. & conuenitio vocis, Sapient. 12. & Mat. 22.0. fœderis vero nomine Genes. 6. & 9. Exod. 2.23. & 24. frequentius lib. Numeror. & Deutorum. Item 49. 19. & 61. & frequenter in Ezech. & Osee. Testamenti demum vocem eadem Dei cum hominibus mutua promissio, quæ nomine pacti, & fœderis cum ipsis dicitur: quare & Dei ad homines promissio absolute significatur. Nam, quod testamentum vterius ex natural. & ciuili iure ad sui valorem essentialiter requirit, in Deum cadere nequit: esse siquidem testaris mors (vt vbi obseruat Paulus ad Hebr. 9.) Deo promittenti, & pacienti impossibilis: quod pro pacto Dei testamentum in scriptura poni acutè, & doctè obseruat. August. libro 1. loc. ut de Genes. num. 9. dicens: Amant scriptura pro pacto ponere testamentum: quibus familiaris scripsit Hieron. Hierem. 31. ad id Ecce dies veniunt & feriam domui Israhel, & domui Iuda fœdas nouum non secundum pactum quod pepigi cum Patribus eorum: quæ de re testis Paulus ad Hebræos 8. Testamentum super domum Israhel, & super domum Iuda test. mentum nouum; non secundum test. mentum, quod fœs Patribus eorum. Atque id Exod. 24. Hic est sanguis fœderis in ita reuocatur ad Hebræos. Hic est sanguis testamenti: & Eccl. 44. in carne eius stare fecit testamentum.

2. Stat ergo his omnibus vobis Dei de aliquo præstando hominibus promissionem constanter esse ferè vobis à scriptura assertam, vt autem an propria vobis acceptatione, an impropria solum, & metaphorica asserta illa fuerit: statuatur, & deinceps de diuina promissionis disputanda clarè examinari, ac defini quænt: quidnam Dei promissio essentialiter contineat, ac sit statuendum in primis erit. Quia in re prima sententia docet: promissionem diuinam nihil aliud, quam propositi, & voluntatis diuine de re aliqua præstanda assertionem continere. Reuertitur S. Bonauentura in 1. d. 17. art. 2. q. 3. corporante med. quatenus ar. ratione promissionis diuine de præmio ipsum diligentibus præstando quomodocumque solum, ac non absolute ad illud reddendum obligari: unde sequitur (subiungit) quam appellat promissionem, non esse simpliciter promissionem. Reuertitur etiam pro eadem sententia Gregorius 1. d. 17. q. 1. art. 2. post concl. 2. probat. 2. principali & ad 4. Aureoli. Marfilin. 1. q. 18. art. 4. col. vltim. ad 1. & 5. objectionem, dum aiunt coronam gloriæ ex nullo debito, sed ex gratuita & liberali voluntate Dei dari, & Maior in 1. d. 27. q. 1. sub init. idem docet, ac proinde posse illam absolute negare, vbi & Richard. art. 2. q. 3. ad 3. solat. posteriore ad negandum debitum ex cuiusmodi promissio coronæ potius inclinatur, & Scotus in 4. d. 46. sub finem, tum de seclula promissione, & Deum simpliciter, & absolute gloriæ debitorem negat: expressius

Durandus in 2. d. 7. q. 2. n. 15. eam sententiam docet scribens: *Promissionem diuinam in scripturis non fuisse aliquam obligationem; sed insinuare meram dispositionem diuine liberalitatis.* Est autem expressissima sententia nostri Sorez d. 7. de libertate diuina sect. 2. a num. 10. praefertim num. 13. 14. 15. 27. & 28. Non assequor tamen, quo pacto hanc promissionem simpliciter credat; ex quo Deus obligatus, & debitor ad promissa praestanda iis, quibus ea praestare promissit teneatur: de quibus iacta in num. 4.

3. Dicendum est: promissionem diuinam aliquam aliam prædicationem, seu intimationem voluntatis diuine de re faciendam, & huius futuritionem continere, ita communitate Theologi sancti Bonauentura loco citato dicens: illam quandam, quam dixi obligationem esse, esse necessitatem, sed ex sua mera benignitate in Deum cadere: quia volunt promittere, & pactum firmare cum quibuscumque: quod cum diligimus: quandum vero appellat, ac complinetur, talem nuncq, vt ex ea quæriti ius creaturis promissum contra Deum non admittat: neque cum illa, ipsæ & rigore iustitiæ debitorem constituit, vt ex creatura non promissione alteri facta nobis continetur. Accedit Argentinensi ibi ea d.27. art.4. post med.multiples Durandum prædictens afferensque: Deum ex promissione sua gratuita manere debitorem. Consonat Gab.v. qn. art.3. probat. concl.1. & solut. obiectiõnis ante a.concl. Richardani. q.2. ad 3. & clarius adhuc in 4.d.46. art.1. fine. Vulp. part.1. d.83. c.6. & 1. tom.2. d.11. c.2. cum illisq, Ruti d.56. de volunt. sed 7. ad n.11. Probatur ex sententia præfata Fulgentij 1. ad Monim.c.24. med. dicentis: Si autem Deus non omnia promissi, quæ prædixit, quantum prædixit omnia quæ promissi: sicut non omnia prædictauerit, quæ præsciuit: quamvis omnia prædictauerit præsciuit. Concludit siue: iustificandis ergo aliis glorificandis prædixit: unum misericordia sua quæ prædixit potest, & promissit: iniquis autem prædictatum iustitia sua opus: prædixit tantummodo, non promissit. Cuius rationem subdit cap.2. infio. quia promissio vel prædictio promissario non est de tristibus, & nocuiis tantummodo esse potest. Nec præstat fiducias: Fulgentium de afflictione, & prædicatione rerum, non autem voluntatis diuine eas donandi agere: æquidem, cum ex futuris ad Deo prædicatur: immo non, nisi à Deo, fore operum in eorum prædictione voluntas Deo de eis prædictis satis, & absolute asseritur: secundo quia eadem est ad rem rerum, & voluntatis Dei assertio, vt sit promissio, vel fecerit.

4. Probat in ratione: quia propria promissio nec in
in affectum nuda rei alicui obtemperat, & præfatis
voluntatis illam præfandi in affectu: atqui promissio
diuina propria promissio est, ergo non stat in nuda
de eis affectu; sed aliquid vicius addit. Minor pro-
batur satis conclusio: 2. a. inasper admittit. (re. vili-
m.) a) Soario nostro cum quo decernamus. Maior
batur: etiam enim quia alteri dicat sua voluntatem
de præfatis habet quidam ipsi in postquam donandi
et præfatis ac nuda, nec promittit, nec id ipsi donat
et promissio tenetur: nec illa de implenda postquam
donatione iure contra affectorem illam in alterum
conscientia, siue contentio fore agere potest: quare
& affector falsa conscientia, & iure omni retractat
potest pro libito voluntatem, nihique illorum ipsi
postea donat: ergo quia ea voluntas donandi alieno
de nuda & præfatis, non stat promissio. Negatur
sequens: quia Dei voluntas habita semel, atque
fallibili Dei testimonio affecta, mutari, & dicere nec
est: quare homini (qui beneficium præfandam tenet
est) semel Dei testimonio propalata, tantum in
alio quod ad promissionis creatæ constitutionem
præfatis voluntatis, veram etiam, affectorem addit
dum est. Contra vero: quia certitudo illa est ex veritate
diuina in iudicando, & veracitate in dicendo, ac
voluntatis diuinæ constantia, & immutabilitate, non
tem ex fidelitate in promissis præfandis: quare non
certitudo præfandorum ex affectione, & reuelatione
de sua voluntate præfandi aliqua Ioannem ipsi Ioan-
nem Petri, vel alteri facta extaret: ergo in causa promissio
Ioanni facta a Deo non esset, ergo nulla est solutio.

Inde probatur secundò conclusio. Assertio diuina præsentis voluntatis de aliquo præstando, est obligans, vel sic loquar diuinam veritatem, vel infallibilitatem in cognoscendo, & veracitatem, seu infallibilitatem etiam in dicendo, vel potius ex eis oriatur, attributis, quæ ad iudicium, & testimonium diuinum supponuntur; aut nec Dei fidelitatem in promissis præstandis adstringunt: quæ, est per impossibile, Dei voluntas de præstandis asserta non esset, vel semel habita desiceretur, ac proinde, nec reliqua præstarentur: nullatenus læderetur; sed solum veritas, & veracitas Dei in cognoscendo, & dicendo & diuinæ voluntatis constantia, & immutabilitas, quæ ex diuinæ promissione Dei fidelitas in promissis implendis adstricta maneat, deficiente adimplentione, læderetur formaliter, & desiceret: ergo in nuda assertione diuina de voluntate aliquid præstandi, ei etiam cuius interest, à Deo facta non est propria promissio. Pater consequentia: quia propria promissione inuitabiliter manet obligata fidelitas promittentis formalitèr sumpta ad implenda promissa: ex quacunque virtute fit obligatio, siue fidelitatis solum, siue iustitiæ, de quo postmodum Tertio: per Soarium, quem impugnamus, promissione sua Deus debitor constituitur, & sibi, & creaturæ, cui promittit præstandi promissa: at talis mera assertione voluntatis præsentis de eis præstandis non constituitur, ut dicebamus: ergo aliquid aliud continet diuinæ promissio ultra præsentis voluntatis assertionem diuinam: denique assertio pura supponit obiecta cognita, & facta: quare tota speculationis, & de factis, ac præsuppositis pro priori ad ipsorum cognitionem est, nec ipsorum actiua: promissio vero non est de factis, ne sit illusoria, sed de faciendis: maxime, cum ex promissione ipsa, ac non aliter sunt: ergo promissio non est nuda assertio, sed aliquid aliud: nempe enunciatio, cuius interest, quia fides enunciantis de aliquo illi præstando obpignorat, seu quia Hispanè loquendo, *se empeña la palabra*, illud præstandi promissio.

6. Multa alia ex scriptura, & ratione congerit Ruiz, quorum virtus tota in præfatis rationibus deducenda denique est: sed & plura cit. scilicet 7. à num. 5. ex Soario congerit pro eius sententia, quorum fere omnium impetui datis nostris rationibus languescit: eo enim fere omnia enadunt: ut ostendant præstantia quæque promissa maiorem certitudinem ex promissione, quam ex assertione simplici diuinæ habere non posse: quod certissimum est, sed tamen ex pluribus titulis diuinorum attributorum haberi eandem certitudinem posse est æque certum: titulo enim decreti diuini omnimodam faciendā ex illo certitudinem habeant, est nec cognoscerentur, nec de eorum effectu, & futuritione adesset assertio: quæ tamen, si adiant, & infallibilitatis diuinæ in cognoscendo eadem, & nullatenus maiorem, titulis tamen formaliter pluribus formaliter habent: sicque accedente promissione titulo etiam diuinæ fidelitatis vltiore. Argumentum tertio loco inductum, quod scilicet simplex nostra assertio de aliquo faciendū iuramento accedente promissoriā obligationem inducat, sitque promissio ob adiutū per illud diuinæ autoritatis subsidium in faciendū firmitatem, quæ autoritas eadem in simplici eius assertione est. Respondetur assertioni simplici de faciendis iuramentum adiunctum vim promissionis afferre: quia iurans adducit Deum in fideiorem de faciendis: quare, & præsumitur meritò suam fidem verbis illis obpignorare pro enunciati implentione, maxime cum verbum dabo significandæ promissioni aptum de se sit, & quo sæpe enuntiat promissio, ut iamiam dicam, at si delectat se solum Deum in testem adducere veritatis præsentis animi, quem habet dandi illud, quod à se assertum dandum, tunc quidem iuramento illo promissio minimè euadit: ut bene Ruiz; cum autem Deus in scriptura quod faciendū simpliciter assertit iurat promissio absque dubio est, quia eo iuramento suam fidem eius implentio addit, ut Paulus de adolito iuramento ad Hebr. 6. ait: in quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilij sui interposuit iuramentum ut per duas res immobiles (nempe veracitatem in dicendo & fidelitatem in promissis adimplendis, quam iuramento adstringit) quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum solacium habeamus, cum duplici

Christoph. de Ortega de Deo Vno. Tom. II.

illo titulo diuino veritatis, seu veracitatis in dicendo, & fidelitatis adstrictæ prædictorum implentio per Dei iuramentum, quo prædicta eorum promissio euadit, non possint prædicta nobis non adesse. Denique arguit Soarius: ea quæ promissa à Deo ex veteri testamento referuntur in nouo simplici assertione de futuro in illo extare ut 2. Regum 7. *Suscitabo semen tuum post te*: & Psalm. 131. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*: Ergo quia sola assertione Dei promissio continetur. Respondet bene Ruiz enunciationem de futuro circa aliquid præstandum commodi ei, cuius interest, factam ex circumstantiis determinari ad promissionem significandam, nec solum enunciatiue: ut constat ex institut. de verbor. obligat. §. 1. ubi huius promissionem contineri dicitur: *Dabis? dabo*, & ff. eodem titulo l. 2. si quis ita interroget dabis, & responderit: quidni? & is vique in causa est ut obligetur, & l. 3. Si illud factum fuerit dabo vobis: & illud Matth. 20. *quod iustum fuerit dabo vobis*: assertiones de futuro non enunciatiue solum, sed promissorie ex circumstantiis vulgo significare, & significasse demonstrat. Et confirmatur: nam quæ solum enunciationem de futuro sonant, ex circumstantiis, non enunciatiue, sed præceptiue significant ut in præceptis Decalogi omnibus patet, & plerisque humanis quæ plerumque enunciationibus de futuro, & faciendis à superiori-bus imponuntur. Ex quibus amplius admittere debet Soarius, quam intendit, ac velit. Nempe, promissiones, etiam creatas nudis assertionibus præsentis voluntatis de aliquo postea præstando contineri, nisi ex circumstantiis promissorie vltiores, nec nude assertiue, significare posse admittat: ut enunciationibus illis diuinis, ex quibus arguit euenisse certissimum est; ac proinde non in nudis assertionibus Dei extitisse. Adde eisdem enunciationibus, & assertionibus diuinis Dei iuramentum accessisse ut Psalm. 131. Oppositis verbis præmittitur, *Iurauit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam, de fructu, &c.* Quo iuramento enunciatio diuina de futuro à se præstando in promissionem euadit Dei fidelitatem assertione nuda minimè obpignoratam, enunciatorum implentio adstringens ut num. 6. hinc ex Paulo docebamur.

CERTAMEN II.

De diuinæ promissionis proprietate, virtute, & effectu.

1. Deo primo propria promissio in Deo est admittere. Probatur, quia cum à Deo frequenter in scriptura, tam veteri, quam in nouo Testamento Dei promissiones occurrunt, eaque loca Patres omnes non commemorant solum, sed vel obiter, vel ex instituto interpretentur: nemoque promissionem Dei ibi assertam cum addito diminutive, vel aliquo eius vocis improprietatem denotant, sed absolute, & simpliciter admittit, quin de eius proprietate, vel leuiter dubitet: propriam Dei locis hinc promissionem contineri indubitato supponunt, & credunt. Confirmatur: quia Patres in loca scripturæ reliqua, quibus aliquid Deo tribuitur quod proprie ipsi non conueniat, illud improprie, metaphorice, aut per exaggerationem dictum, ut aliud quod proprium Dei est infirmetur, obseruant. Confirmatur secundo ex Tridentino sic dogmaticè loquente sess. 6. cap. 16. *Iustis propositam esse vitam æternam tanquam gratiam filij per Christum Iesum promissam; & tanquam mercedem ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddendam.* Quibus ratio etiam à priori innuitur: quia ex sola propria promissione promittentis fidelitas promissis implendis obstringitur: aut Dei promissione eius fidelitas implendis promissis obstringitur. Tridentinum supponit, ac vidimus certamine primo. Ergo eadem ratio continetur primo, Corinth. 1. *Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri*: & 1. ad Tess. 5.

Bb n.4

n. 4. & 2. c. 3. 2. ad Timot. 2. ille fidelis permanet: negare seipsum non potest: & ad Hebr. 2. 23. fidelis est enim qui repromittit Deo. Denique tam frequentia scripturarum testimonia ex liberis Historicis veteris Testamenti, ac non figurata locutionis, atque ex nouo Testamento toties antiquas Dei promissiones eo nomine referente, & approbante, aliaque docente proprietate sermonis accipi debere iuxta antiquam, & statam regulam interpretandi scripturas, certum est: Maxime, cum ea propria acceptione nihil Deo dignum, aut in Theologia absurdum, aut scripturae aduersum contineatur, vel inferatur ut iam videbimus: quin promissionis natura, & proprietate penetrata eam in Deum cadere posse ratione naturali probabilius, ac verisimilius mihi est contra nostrum Ruiz sect. 1. num. 8. ut ex dictis & dicendis facile constabit.

2. Vna solum indignitatis, & indecentiae nota ex proprie accepta promissione videtur Deo appingenda: quod, scilicet, illa debitor eorum, quae promittit, creaturis promissit, ut in promissis creatis euenit, constituitur. Hoc proinde erit certum, praesenti secundo loco accuratè examinandum: qua inter debitum omnes, siue iustitiae, siue tituli alterius cuiuspiam, ex sua promissione ortum sibi Deum imponere & obligationem implendi vniuersum negat noster Ruiz d. 56. sect. 2. sed debitum, & obligationem omnem in res ipsas promissas à Deo cadere, quin, indirectè adhuc cadant in Deum, ut docet à sect. 3. ad 6. inclusit, id quod peculiari discursu, & docta, atque erudita obseruatione distinctionis duplicis obligationis in iure & bona Theologia morali traditè statuit. Duplex enim obligatio iure & Theologia morali designatur: alia personalis, qua promittentis, aut paciscentis persona obligatur promissario, aut paciscenti alteri: alia realis solum, qua res solum non autem persona promittens, ac paciscentis promissionis, aut pacti adimplentioni obligatur: utramque obligationem earumque discrimen sic tradit Vlpian. l. actionum genera, ff. de obligationibus & actionibus. Actionum genera sunt duo in rem, qua dicitur vindicatio, & in personam, qua conditio appellatur: in rem actio est, per quam rem nostram, qua ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum est, qui rem possidet: in personam actio est qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum: ex quo iure & iustit. de obligat. & act. §. Appellamus, & sine, §. antecedentis, Syluester verbo actio num. 2. actionem realem definit: qua non supponit obligatum eum contra quem dirigitur, & Angelus ex pluribus eod. verbo: qua sequitur rem, & in personam, nec per eam dicitur persona obligata: qua actione ex hypoteca speciali contractu assignata, & subiecta contra quemvis eius possessionem frequenter agitur: & quidem Nobiles, & Magnates viros non manere personaliter obligatos ad contractus, ut personalis actione agi contra ipsos queat, ut ciuili, & municipali Hispaniae iure fuit statutum. Et quamvis indirectè maneant, etiam in conscientia foro obligati: si tamen id contracti ipso cautum ipsi velint, ut ne indirectè adhuc maneant obligati contraheutes, sed eorum tantum bona, adhuc indirectè adimplentionis contractus debitor, & obligati nullo foro aut iure manebunt: iure igitur nobilitatis magnitudinis, & excellentiae suae Deus promissione, pactoque cum creaturis inito nullum promissa praestandi debitum personale contrahit, quod ut nobis innotesceret (addit Ruiz) pactum promissionemque suam testamenti voce sibi impropria, in qua nullum testator ante mortem, (qua sola confirmatur illud validumque est) nec post mortem (qua testans perit) debitum personale incurrit, significari voluit, ut nullum sibi debitum & obligationem, sed rebus solum promissis promissione imponi sua nobis ostenderet.

3. Soarius verò contra locis citatis certamine numero 2. sine docet, Deum promissione sua debitum, & obligationem praestandi quae promittit, personale contrahere, non quaecumque, sed etiam correlatiuum, & quo ius quaeritur, pareturque creaturae contra Deum, ut ite promissis, & eaque impleat atque opere exequatur: ita etiam, ultra eius aeternas omnes docuere ex antiquis Theologis plures, in quibus Thomistae veteres nunebantur, qui Dei iustitiam propriam, siue commutatiuam, siue distributiuiam, siue legalem erga homines, maxime

in praemij aeterni retributione afferunt exerceri. Nullum quippe ex eis debitum rerum solum promissarum, non autem Dei promittentis, ante nostrum Ruiz excoigunt, cuiuscunque, siue ex quacunque virtute debitum sit, cum autem iustitiae debitum praemij praestandi Deo promittenti vi promissionis suae concedunt, cuiusmodi debitum esse recognoscunt, ut non, nisi contra ius ad praemium homini è Dei promissione quaeritur: quare, nec sine ipsius iniuria, negari à Deo possit: vnde & debitum hoc Dei promittentis correlatum esse iuri creaturae promissariae contra Deum quod negatione praemij promissum violaretur, ut de iustitiae debito hominis promittentis praestandi promissa, & iuri promissarii, iustitiae etiam, ut promissa repetat à promittente omnes censemus: si persequendum hic examini sententiae huius est, quatenus debitum hoc iustitiae propriae & strictae esse docet huiusmodi examen rigidum in disputationem secundam referamus. Nunc autem illam eatenus solum referamus & examinamus: quatenus, scilicet, in Deo debitum (ex quacunque virtute demum sit) correlatiuum admittit cuique ius, exigentiaque qualiscunque in creatura promissoria respondeat, ut à Deo repetat sibi promissa. Pro hac in generatim & à iustitiae debito correlato abstracte sententia referat à nostro Ruiz. Valquez etiam notat 1. 2. tom. 2. d. 2. 1. 5. cap. 2. vbi de eo nihil, sed de aequalitate meriti condigni cum praemio, ratione cuius venale gloria praemium merito dicitur. Sed tamen id docile videtur cap. 3. & 1. parte, d. 8. §. capite lexo, post modum, §. At vero. Caeterum longe alia mens est nostri Valquez.

4. Dicendum igitur est: Deum ex pacto, & promissione sua rerum promissarum debitum vi promissionis suae illas nobis reddendi contrahere: ac proinde debitum illud nos, tanquam terminum relationis debiti illius diuini respicere, & connotare, non tanquam terminum correlatum per ius aliquod, & exigentiam, quae debito illi in nobis respondeat, ac simul cum illo ex diuina promissione in nobis oriatur. Hae est Valquez nostri expressa vbis & citans locis doctrinae, ius omne nostrum, & exigentiam ex parte nostri contra Deum, ut ab eo repetamus promissa prorsus negantem: quare, & solum terminum; non autem titulum exactiui in nobis ut reddatur agnoscentem: supposito autem titulo debiti in Deo reddendi promissa promissarii creaturis, has debiti illius diuini (quod prima conclusionis parte mox stabilimus docemus) terminum non correlatiuum esse euidentissimum, atque ex terminis ipsis notum esse, neque ab illo negatum, aut negabile. Nam debitum aequale relationis est ad personam, cui ex promissione debetur, atque ad rem, quae promittitur: quare non minus implicat debitum ex promissione non esse respectum personae cui promittitur, quam rei promissae non esse respectum. Confirmatur namque facta per impossibile impossibile, creatura, cui res promittitur, vel secundum substantiam vel secundum accidentia, non ita existentibus, aut exituris vnquam debitum ab solutum in Deo non esset, atque, atque calu quo res promissa esse non possent: ergo debitum illud aequale essentialem respectum est personae, cui promittitur, atque rei promissae tanquam termini. Antecedens mille exemplis obuiis demonstratur. Promissisti Petro personaliter in frequentem annum, domum, quam hoc anno habebas: Petrus intra hunc annum obiit, debitum cessat defectu personae, cui promissisti, aequale ac si intra hunc annum domus ipsi promissa, vel incendio, vel ruina periret. Denique promissa Dei non est rei secundum se à Deo ponenda in valore, aut rebus, aut lucis, sed huic, cui promittitur donanda: quare, etsi in se, & existentia sua res promissa à Deo ponatur, non autem in eius potestate, cui à Deo fuit promissa, debito promissionis suae Deus non satisfaceret, ergo debitum illud quaecunque, quod ex promissione sua Deo subditur, personae, cui promittitur tanquam terminum essentia sua respectum est. Solumque tan sit respectum eius tanquam termini correlati ratione iuris, aut exigentiae alicuius, ex qua promissarius promissa possit à Deo repetere? Is apud Doctores debitor ex promissione sua in Deo subortum admittentes poterit esse, qua sola pro negatiua sententia stant, qui huius conclusionis nostrae parti falso referuntur aduersari.

5. Iam verò prima conclusionis pars de debito in Deo

Deo de promissione sua creaturis facta admittendo, & auctoritate, & ratione probatur; & in primis cum æstimo Theologis, & patris, & Recentioribus communem: ita citari Valquez, & Soarius, quoad hoc præcisè, concordans cum Afflictorum ex nostris, atque externis doctis turba frequentissima. Ex antiquis S. Bonau, in 2. d. 27. a. 2. q. 3. ad 2. Ricard. q. 3. ad 3. Ricard. art. 11. § vlt. difficult. Andreas de Vega q. 3. de iustificat. ad confirmat. tertij argumenti. Natalis Beda annotationibus contra Iacobum Fabrum in Comment. epist. ad Rom. consil. propositio- nis 21. quæ est: *Bonitas Dei tanta est, ut nihil debere possit*. Iodocus Tolertanus Apolog. pro decret. Trident. in caput. 11. l. 6. tit. de bonis operibus q. 4. §. *Quantum*. Et: *Et quoniam S. Thom. 1. 2. q. 11. art. 1. ad 2. debitum dicit inferioritatem debentis, respectu eius, cui debet* (quam sententiam & rationem plures ex Thomistis veritatis sequuntur) id sane de debito solum iustitiæ est iure contra Deum eius promissione creaturæ parto; & quæsitio, & verum, & S. Thom. mentem habet: debitum quippe aliud expresse fatetur S. Thom. ad Rom. 4. in idem autem qui operatur lect. 1. col. 2. subdens: *scilicet opera iustitiæ, merces æterna retributionis, de qua dicitur Psal. 4. Ecce merces eius cum eo non reputatur secundum gratiam tantum, sed secundum debitum: secundum illud Matth. 23. Nonne ex denario convenisti mercem?* Idcirco doctissimus Thomista, ac Dominiciani Ordinis Magister Generalis Franciscus Romæus libello de libert. & necess. operum eidem Sancto Thomæ doctrinæ insistenti debitumque inferioritatis Dei ad promissarias creaturas, id est ex iustitiæ seu iure contra ipsum de promissione creaturæ quæsitum, cum Sancto Thomæ negans, circa medium tamen Deum sibi potius de promissione sua, quam creaturis debitorem esse fatetur, & sicut & Ioan. Banderus compendio concetrationum tit. 6. art. 5. versic. *Aliud dicitur meritum*, quod debiti genus Ruiz ipse, debiti Deo ex sua promissione agnati acriter impugnat, multis confirmat, & fatetur lect. 3. a. 1. ad 14. & cert. 6. n. 3. ad 7. tamen si proprium debitum esse neget, quia ad alterum non est, non satis, ut videtur, attendens siue iure alterius vilo contra Deum posse debitum hoc ad alterum, tanquam terminum purum, nec correlati iuris absolute esse: imò & necessario esse debere, ut n. 4. demonstrabamus: eodem sensu stricto nimirum debiti iustitiæ ex iure contra Deum ipsius promissione nobis parto, & quod inferioritatem Dei respectu nostri deolvat, negat illud Deo Dominicus Sotus 3. de nat. & grat. cap. 7. sub finem. Horum Theologorum, qui aduersari parti huic conclusionis videntur, mentem exploravi, cum, ut appareat nobis esse minime aduersos: Tum, ut Patres, qui quandoque, & sibi, & nobis sonant contradicere, concordiam, & explicationem facilem habeant: illud solum cum Vafq. cit. d. 1. §. 3. §. 2. d. 2. vero, obserua tam Kenauitum condignitatem meritum nostrorum ad gloriam quam Caluinium etiam absolute apud eund. Vafquium d. 2. 14. c. 5. & c. 1. & 2. negare probant, quia debitum Dei eius bene meritis retribuat de facto gloriæ: posita etiam promissione, non adest.

6. Probatur vltimus ex Patribus, Chrysost. illud ad Rom. 4. et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: his commentatur lect. 4. col. 2. *Nonquam imputaretur nisi, & ipse homo aliquid acceperet: itaque hic debitor sibi Deum habet: debitorem autem, non vilius remm, sed magnarum, sublimiūque: & hom. 3. in Matth. post med. quando enim aliquis prelatre fecerimus, habemus eum debitorem ab res hominibus: quibus nempe merces ab eo promissa tom. 1. homilide nomine Abraham. Spes non putescit, quia Dei est promissio: & dona promissa sequuntur eius naturam, qui promissi: utique quia eorum reddendorum debitum contrahit ex promissione: cui, si deficit non reddendo deficit in se (ut mox cum Dionysio arguimus) quare Deas ipse promittens indefectibilis est: sublato autem debito in Deo ex promissione sua subortio, et si promissa deficere non deficeret Deus: quare nec Dei promittentis naturam indefectibilem eius promissa sequerentur, ut Chrysost. aiebat Augustin. in Pal. 3. sub fin. *Debitorem Dominus ipse fecit, se, non accipiendo sed promittendo: Non si dicitur reddes quod accepisti, sed reddes quod promissisti*: Christoph. de Ortega de Deo Vno. Tom. 1. l.*

ferm. 18. de verbis Apostoli: *In his, quæ iam habemus, laudamus Deum largiorem: in his, quæ non habemus, tenemus debitorem*, debitor enim factus est non aliquid a nobis accipiendo; sed quod ei placuit, promittendo, subinfertur: Possimus exigere Dominum nostrum. Redde quod promissisti, quia fecimus quod iussisti. Item, 1. 51. de templaudemus Dominum, quia eius fidelis promissa reuincimus, nondum accepimus: Parum putatis, quia promissorem tenemus, & iam debitorem exigamus? Promissor Deus debitor factus est bonitate sua, non prarogantia nostra. Fulgent. præfat. lib. ad Monim. post med. ille auctor est debitor, qui auctor est doni. Nam & seipsum sua largitate dignatus est facere debitorem. Non quia indigens ab aliquo accipit; sed quoniam abundans largitur tribuit: & infra, Ecce qualis est Dominus noster, ut donando debeat, & quanto magis donans, tanto magis eum debitorem esse non pigeat, in quantum enim gratis largitur opera per gratiam in tantum debitor ex promissione inuenitur: Greg. Mag. Hom. 37. in Euangelium circa fin. de S. Cassio Narnicensi Episcopo cui promissus in gloriam ingressus, die natalis Apostolorum à Deo fuerat: ait, cum, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione, cepit habere debitorem. Cyprian. lib. de opere & elemos. sub fin. Deum sibi computat debitorem. Anselm. 2. cur Deus homo c. 5. sub med. promissionis humane exemplo ait: *Deus bonitate sua hominem creando sponte se, ut perferret inceptum bonum, quasi obligauit, utique promissione simili: illud vero quasi additum ab ipso fuisse, ut iustitiæ strictæ debitum, non autem absolute debitum à Deo excludere pateat ex obligationis aliter explicatione subiuncta esse nimirum, necessi nem seruanda honestatis, & immutabilitatem honestatis eius.*

7. Hæc omnia tot tantorumque Patrum Deum debitorem debiti promissa præstandi & sua promissione orti subiectum (eo modo, quo subiectum concipi, asserique suorum prædicatorum Catholice potest) asserentium sub vno posui obtutum: ut constet, non esse vnius solum, aut alterius Patris oratoriæ, siue exhortatoriæ, non autem disputatoriæ, & rigide loquentium asseritum (ut respondit Ruiz lect. 6. n. 2.) sed scripturæ testimonia concordanti sensu, & mente rigide interpretantium. Quod si ea solutio teneret, vanè Ruiz ea ipsa testimonia accurata sua eruditione coniunxisset, ut res promissas à Deo proprie hominibus deberi probaret: si debitum in eis asseritum non proprium, & absolute tale, sed Oratorium, & Concionatorium esset. Secundo probati ex innumeris Patrum testimoniis alia. Pauli præsertim, testimonia interpretantium, quibus proprie debitum esse, & æternæ vitæ coronam præmium, & mercedem iustis bene operantibus à Deo promissam dicitur: ut Ruiz ipse contendit. Nec enim debita illa proprie esse possunt, nisi Deus promittens illa præstare debeat, atque de promissione sua debitor proprius, & absolute sit, ac teneatur: quod argumentum tota sua auctoritate, & robore instruetur opportunis certam. 3. ubi doctam singularem, ac subtilem nostri Ruiz sententiam prostram n. 2. probatione hac confutabimus, atque propositis eius fundamentis, & oppositionibus aliis occurremus. Probatur quarto: ex testimoniis pluribus scripturæ Pauli præsertim ad Hebræos 6. recitato, & perpenso à nobis certamine primo, numero sexto, interposuit iusturandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum, & quia scilicet, diuinæ asseritioni hereditatis capiente, & veritate, & veracitate asserentis indefectibilis, & immobili iuramenti accessu, quo Dei fidelitas asseritorum impleti deincitur, utque asserio in promissionem euadit, ex immobili etiam, & indefectibili Dei fidelitate sit promissa hereditas indefectibilis, ut ibidem expendimus: item ex pluribus aliis Pauli locis citatis, ac recitatis certamine hoc secundo, numero 1. quibus promissa implere, Dei fidelitati incumbere dicitur, ex quibus postremus solum repetendus ex 2. ad Timot. 2. *Ille fidelis est, negare seipsum non potest*, quia eo Paulus rationem debiti huius diuini proprie, & absolute talis preste, ac valide dedit, explicatam ab Anselmo proxime, & tactam à Chrysostomo testimonio secundo, atque, ut reor, ex loco hoc Pauli ductam, & subtiliter illustratam sic à Dionysio Arcopag. 8. de diuinis nominibus med. *Negatio sui est à veritate prolapsio. Veritas autem est: & à veritate*

prolapsio est ab eo quod est prolapsus: ergo veritas est: negatio autem veritatis est prolapsio ab eo, quod est: Deus ab eo quod est prolapsus non potest: neque id est, quod non est, ut aliquis dicat, ac non posse non potest.

8. Ratio igitur Pauli & Dionysii, Chrysostomi, Anselmique verbis contenta, & apud Patres, & Theologos communis Deus omnia ea præstare extrinsecus sibi debet, ac teneretur sine quibus intrinsecus esse non potest: at sua promissione posita, intrinsecus deficeret, si extrinsecus non præstaret promissario, quæ ipsi promissit: ergo ea debet sibi, ac teneretur præstare à sua promissione. Maior probatur, quia nihil magis debitum eo, quod ita quis ponere, præstareque tenetur, ut non ponere ac præstare omnino nequeat: aut non præstare aut ponere ea, quibus non positus, ac præstatis intrinsecus ipse deficeret omnino nequit Deus: ergo ad id maxime tenetur, sic prædicatio veritatis in dicendo mentiri nequit, ac propriè tenetur, debetque sibi, verum loqui, quandoque loquatur: ex prædicatione immutabilitatis, & constantie voluntatis suæ non mutare decretum, ubi illud absolute concepit: atque ex prædicatione infirmitatis concepti semel decreti sui, ponere absolute in rebus atque exequi quod decrevit. Minor autem recitatis testimoniis contenta patet: quia, si posita sua promissione non præstet Deus promissario quod promissit, deficeret eius veritas in præstandis promissis, seu fidelitas, quæ Deo intrinsecus, Deusque ipse est: ac subinde intrinsecus deficeret, ac non esset Deus: iure igitur, & titulo promissionis suæ tenetur debetque sibi ex fidelitate, quisque promissit, præstare promissario, quæ promissit: & quamvis eo fidelitatis titulo nullum ius promissario intrinsecum ad repetendam promissam contra promittentem accedat: quia debitum illud fidelitatis in promittente solum futuræ, vel defecturæ est, si non impleat promissam, solamque eius honestatē respicit: non promissarii, qui nec impletionem promissi, nec eius defectum fidelis erit aut infidelis ex promissione vero vnius creaturæ, seu hominis ad hominem alium ius proprium, & quasi intrinsecum promissario suboritur, ex quo potest à promittente promissa repetere, & contra ipsum ex iustitia agere, iustique huius correlativum debitum iustitiæ, nec fidelitatis solum promittenti, è sua etiam promissione adnascitur: ut non præstans promissam contra iustitiam, etiam, nec solum contra fidelitatem, ut totis iuribus constat, se gerat: quare egregie Cicero 2. de inveniēte dixit, *Pactum est quod inter aliquos convenit, quod ita iustum putatur ut iure præstare videatur*. Cæterum debitum solum fidelitatis ex sua promissione Deo, ac sibi subortum præsentis instituti satis est, quia iustitiæ etiam debitum iuri creaturæ promissariæ contra Deum respondens suboritur. Tum quia iuris, ac debiti ex iustitia examen sequentis disputationis est. Tum quia de debito solum fidelitatis Deo ipsi è sua promissione quasi imposito testimonia scripturæ, & Patrum, atque adducta ratio procedunt.

CERTAMEN III.

Consutatio specialis, ac speciose doctrinæ nostræ Ruiz ultima conclusionis nostræ probatio.

1. Probatur vterius conclusio uniuersum, & specialiter contra nostrum Ruiz. Res à Deo promissæ debentur proprio debito ipsarum creaturis, quibus fuere promissæ: ergo à Deo debentur propriè creaturis promissariis: ac subinde debitum proprium ea præstandi promittenti Deo ex sua promissione suboritur. Antecedens ipsa nostræ Ruiz doctrina multis scripturæ, & Patrum argumentis, & testimoniis ab ipso fundata sect. 3. ex quibus sunt, quæ retulimus Deum promissorum à se creaturis debitorem expresse asserentia cert. 2. n. 6. Nunc alia, quæ res debitas asserunt tantum (ut antecedenti ad consequentiæ illationem assumitur) referemus. Ad

Rom. 4. Et autem qui operatur merces non imputatur ei, secundum gratiam, sed secundum debitum: clara hæc, sed clariora adhuc Patrum: Commentaria Anselmi. Eius qui post fidem quam gratis acceperit operatur, opera bona non imputatur merces: id est non recompenatur æterna remuneratio) secundum gratiam (id est, secundum fidem tantum) sed secundum debitum operationis suæ: cui consonat S. Thom. recitatus certam. 2. num. 7. Chrysostomus scem. 8. ad illud caput, & citata homilia de Abraham. In iis, quæ speramus, non ita est, sed iis qui laborant necessario (non gratuito, & liberè) coronas, & premia consequuntur. Ambrosius 1. officior. cap. 16. postulat, peccans id Matt. 5. gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celo. Non in terra mercedem promissit esse reddendam: quid alibi positis, quod alibi debetur. Consonat sibi 7. in Luc. cap. 14. suo autem cap. de duobus filiis. August. præfat. in Psalm. 31. sub finem. De bonis operibus regnum colorum aut: de gratia & libero arbitrio. cap. 4. sub init. Ad vitam autem debetur adiutorio gratia Dei relinquendum esse locum: & tract. 3. in Ioan. si tibi debeatur, merces tibi reddita est non gratia de nata. Ex eodem sententia illa 297. Prosperi & Arantii 2. Concilij est. debetur merces bonis operibus, si fiat, sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiat: & mercedem quidem bonis operibus, eiusque proinde in Dei promissione debitam multis scripturæ commemorat Genes. 27. uerb. 11. Sap. 5. & 10. Matt. 4. & 5. epistol. 1. Ioan. & Apocalyp. 11.

2. Rursus 2. ad Timoth. 4. idem premium bonorum operum coronæ nomine debitum significatur ab Apostolo. Boni certamen certant, cuiusmodi eos immortales premiant: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex: quia ponderat August. tract. 3. in Ioan. circa mod. Audi distulit confidentem gratiam: & postea debitum exequitur. Subinferius: Audi illum iam flagitantem debetur, qui primo indebitum suscepit gratiam. Reposita est mihi corona iustitiæ, iam debetur flagitare: iam debitum, ergo. Nam vide verba sequentia: quam reddet mihi Dominus illa die iustus Iudex. Et corona quidem non, nisi virtutis militis, est: ut Apostolus c. 2. dixerat: diciturque Luc. 14. Apoc. 2. & 3. sicuti, & brauium (quæ eisdem cum corona significati vox ad rem præfatum est, & supponit necessario ex contententibus videtur: quare & ad 1. ad Corinth. c. 9. indifferenter altera pro altera ponit debetur debitum ex retributione beatitudinis iustis facienti continet: de qua Luc. 14. ad Colos. 3. Propter. 12. & 19. Plal. 17. 18. 118. 2. Reg. 22. 3. Reg. 8. 2. Paralip. 6. 3. propterea, quæ remunerationis voce ad Hebr. 10. & 11. 2. Cor. 6. utraque enim vox idem significat, quod Hilarius 2. 39. seu satisfactio: quæ non nisi debetur relict. Tamen etiam ad debitum hoc significandum præmium, ac merces, seu corona valet, quæ nomine bene operantibus reddenda æterna vita proponitur. Sap. 4. & Tob. 4. utrumque posuit verbo Pauli loco 2. ad Timot. 4. & de positi nomine, quo usus fuerat Paulus c. 1. Potens est debitorum mercedem seruire, idem præmij æterni debitum continetur, ut patet: utrumque locum pendens. Bernard. 1. de gratia & libertate sub finem dixit: Dei promissum iuram appellat debitum: & quia credidit promittenti, fidem promissum reperit. Promissum quidem ex misericordia dicitur, sed iam ex iustitia persolvendum. Est ergo quam Paulus expositus non iustitia, sed iustitia Dei, non sua: iustitia quippe est, ut reddat quod debet: debet autem quod pollicetur, & hoc faciunt plura alia, quæ ex iustitia stricta debentur à Deo iustis præmium vite æternæ sonant, citanda: est enim cum stricta dicitur iustitiæ debitum non significare, ut non debitum ita propriè eius præmij intelligant, ut non nisi strictissimo iustitiæ, satis explicari Patres possunt. Vterius pignus, & arrabo pro debitis propriè adhibetur: Deus autem pro gloria promissæ adoptionis ne bonis operibus pignus, & arrabonem aut ad Eph. 1. Credentes signati estis Spiritu promissionis: Sicut, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis: quæ sic legit Chrysostomus ibi: quæ est arrabo hereditatis nostræ in redemptionem adquirenda possessionis: plura in hanc veritatem subdunt. Denique merito venale, ac nostris operibus, tanquam pretio, emptionem

eorum regnum sæpe proponi: ut iustorum meritis exhibitis iusto, non minus, quam pretio accepto, quod venditur debeat. De quo argumento multa selecta traditione Vasquez citata d. 215. Ruiz citata lect. 3. à num. 24.

3. Hæc inconcussam faciunt nostri argumenti antecedens. Nempe res à Deo promissas debitas esse promissario, & obligatas, ac proinde vi diuinæ promissionis debitum passuum proprium suscipere, ut præstentur. Vnde inferabamus: ergo debitum proprium præstandi actione promissa suscipit è sua promissione Deus. Restat solum illatio probanda. Probatur autem primò quia promissio omnis (& speciatim diuina) est de re, non secundum se sumpta, sed præstanda à promittente ei, cui promittitur verbi gratia pecuniam, fundum quidam aliud, atque in re præstati præstandi gloriam verbi gratia: ergo præstatio actione à promittente promittitur, quæ utique, non nisi à promittente esse potest, ac debet; quod idem est atque debet à promittente vi sue promissionis actionem præstandi promissa. Confirmatur quia promissa non sunt debita secundum se, immò neque ab alio indeterminatè, sed determinatè à persona promittente: ac proinde, etsi promissario aliunde, quam à promittente, ceatam scuta promissa obueniant, nec promissio impletur, nec eius debito satisfiet. Confirmatur confirmatio utraque ex bonorum à Deo homini promissorum conditione & materia: siquidem promissa nobis à Deo omnia supernaturalia bona sunt: gloria scilicet iustis bene operantibus, quidam aliud supernaturale, vel in se, vel in figura temporalium in lege veteri Hebræis (quibus omnia in figura contingebant) promissorum, iuxta Patres, & Theologos omnes, aut supernaturalia, vel non, nisi à Deo, esse possunt, ita nec, nisi à Deo, debent. Item: debitum illud reale rerum promissarum maxime præstandarum, seu faciendarum neque in ipsas res cadere, quæ cum promittuntur nec dum plerumque sunt, nec se ipsas præstare promissario possunt; nisi, quatenus promittentis potestati subduntur, ut præstentur, aut fiant. Denique ex definitione debiti, & actionis personalis, ut à reali differt, à nostro Ruiz eruditè notata eadem consequentia probatur. Nam citata l. *Actionum genera si de obligatione*. Et actionibus ubi personalis actio, siue quæ in personam est, nostraque in personam nec in rem solum iuri, cuique debito inuitur, sic definitur, ut vidimus certam. 2. numer. 2. in personam actio est, quæ, cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel standum. Atqui promissio omnis est personæ alicuius obligatio de re aliqua promissario præstanda, seu danda, vel facienda: ergo est actio personalis debito personæ promittentis de re illa præstanda vel facienda inuitens. Minor probatur ex iuribus recitatis certam. 1. num. 7. ex institut. & digestis de *verborum obligationibus*: ubi ex verbis dandi, aut faciendi, & præstandi de futuro aliquid alicui, quibus promissio continetur, personale debitum id præstandi, & faciendi, & obligationem ab ita promittente contrahi expressè definitur: idque naturali ratione euident est. Nec enim alio, quam promissione, aut oblatione, aliquid faciendi, aut præstandi alicui, promittens debitum, & obligationem ex promissario præstandi contrahere potest: neque eis potestis illa contrahere non potest.

4. Iam distinctio illa debiti realis, & personalis, quæ hæc argumenta euadere conatur Ruiz, eorum impetum non eludit. Neque enim ex promissione realis putari rei oblatæ & promissæ obligatio absque personali promittentis esse potest; licet ex aliis titulis purè realis obligatio absque personali esse possit, ac sit frequens in iure utraque: ut ex adductis ab eo exemplis clarebit, etenim testamenti, & testantis voluntas vitima, quæ realis solum, ac non personalis obligatio, & debitum præstandi bona legatario, vel heredi testatoris inducitur, nullatenus testatoris promissio est; sed legatæ rei, seu hereditatis donatio conditionate & suspensæ vique ad mortem testatoris: quæ & vitima voluntas testatoris, & absolutæ eius siue heredi sine legatario legati aut hereditatis donatio completur. Similiter, qui hypothecæ rearia, non promissionis sed domini, & venditionis titulo immobilia bona illa, à quous ea possidente repe-

tit: est quippe in quavis hypothecæ specialis appositione domini directi, & proprietatis bonorum hypothecæ illi subiectorum, venditio absoluta ei cuius interest hypothecæ appositio; tamen vile dominium maneat penes quemvis eorum possidentem, quousque ex eo dominio proprietatis, ut hypothecario de reliquo satisfiat, hypothecæ secundum dominium utrumque alteri tertio, vel quoad vile etiam hypothecario ipsi vendatur, illud verò de pacifcente eximente expresse suam personalem obligationem, ac debitum, verum habet, tunc nullum debitum personale incursum, & tamen verum, compertumque, nullum in eo pacto promissionem absolutam, siue absolutè talem ita pacifcentis intercedere; sed solum fieri ab illo alteri pacifcenti facultatem, & iurisdictionem ut ex re illa, quam solum, non autem se ipsum obliget, sibi ubi oportuerit, suaque intersit, satisfaciatur.

5. Illud de nobilibus, & magnatibus Reipublicæ, si promissio absoluta pactumve illam absolutè talem continens intercedat, in foro externo, & politico solum locum habet, ut à personalibus eius fori personas eiusmodi indecentibus vexationibus, & extorsionibus non subiciantur; sed in naturali, & conscientie iure & foro ex quo dubio procul ex promissione & pacto absolute talibus stare promissis debito & obligatione personali, nec indirectè solum, ut quidam volunt. Quod etsi de iustitiæ debito, quod promissarij ius ad promissa contra promittentem supponit, verum sit, ac de fidelitatis de promissione eiusque essentia inseparabiliter coniuncto falsum omnino est. Siquidem honestatis propriæ debitum personale directe in personam cadit. Sed (quidquid de directione vel indirectione debiti personalis promittentis cuiusvis, quantumvis nobilis, Magnatissimæ sit) debitum tamen absolutum implendi promissa in illo absolute omnes admittunt. Ruiz etiam ipse in hominibus: quia in rationali Republica naturale, inquit ille, est, ut promittens promissis stet. At verò Deus respectu cuius, lex nulla esse potest, (cum supremus omnium, & Dominus, & arbiter sit) neque à Republica neque à persona vlla eiusmodi debitum indirectum, & obligationem nulla lege potest subire. Sed tamen, etsi debitum ex iustitia propria, quæ ius contra ipsum ex lege illa, & promissione sua promissario quærat, subire nequeat; aut honestatis, siue ex propria honestate, quod è recte rationis dictamine proveniat, optime potest debitum contrahere, & habere: ut verò ac propriè non mentiendi, & similibus debitum habet, & contrahit, ac proinde non mentiri tenetur. Vnde argumento illi occurrit. Debitum proprium, seu propriè tale ad alterum, seu alteri essentialiter est, non sibi. Alteri verò debere Deus nequit, quia debitor quæ talis inferior creditori, siue ei, cui debet, quæ tali, constituitur: id quod Deo repugnat: ergo, & repugnat proprium debitum Deo. Negatur tamen facile maior ex dictis; si vniuersum debitum proprium accipiatur, ac non pro debito ex iustitia, seu alio quouis, quod ius in eo, cui debetur, contra debitorem importet: constat enim debitum proprium honestatis propriæ sibi quemque habere, teneque ex honestate, nihil sibi turpe, atque inhonestum, seu indecens efficere: multoque arctius ac principalius Deum, qui prima regula, & exemplar bonitatis creaturis rationalibus est.

CERTAMEN IV.

Reliquis oppositionibus occurritur.

1. Oppones plura Patrum testimonia negantiam Deum, gloriæ etiam (quæ promissa bonis iustorum operibus est) & augmenti gratiæ debitorem. August. 1. confess. cap. 4. *Supererogatur tibi, ut debeat? & quis habet quidquam non suum. Reddis debita nulli debens; donas debita nihil perdens.* & epist. 106. ad id 2. ad Timoth. 4. *Proposita est mihi corona iustitiæ; obliuiscens se ex sile quomodo gratis: quod enim si res meretur, cur*

Bb 3 non

21. Repetendur ergo ad Augustini loca, nihil Deo, hæc vtilis. (vt ad iustitiam debitum oportere) aut iocundum, & placidum, quia honestum, Deo à bene operantibus anticipato ad sue gratie largitionem donari à nobis, qui ex propriis viribus, & absque gratiæ Dei præuentione, nihil honestum iustissime, & laudabile possumus operari, vt dogma fidei contra Pelagianos, & Semipelagianos fert: quare, neque Deo ex nobis exhibere, sed principaliter potius ex Deo auxiliante, ratione cuius auxilij Dei potius, quam nostri bona omnia opera nostra, sunt dona atque ratione gratiæ, & beneficij in eis à Deo accepti contra præmium, & merces, gratia dicitur, & gratia pro gratia à Patribus, & Theologis, vt videre est in Fulgentio: 1. ad Monim. cap. 10. & 11. & locis recitatis ex præfatione libror. ad Monim. certam. 2. num. 6. Anselmo de concordia grat. & prædestinat. cum lib. arbit. cap. 3. col. 3. Augustini de corrept. & grat. cap. 13. sub med. dicente. *Idcirco gratiam vitam eternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit hominibus.* Rectè, quippe ipsa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur gratiam pro gratia, id est pro his meritis quæ contulit gratiam, quorum expositionem verbis beati Joan. 1. repetit tract. 3. in Ioann. & cap. 106. Enchir. sine, eandemque adhibet verbis Pauli ex 6. ad Rom. oppositis cap. 107. inf. at de gratia, & libero arbitrio cap. 8. & 9. vbi illud Psalm. 102. qui coronat te in misericordia tua o miserantissimus. Eodem sensu sic exponitur. *Quia tuus misericordiam bona operatur, quibus coronat.*

3. Sed cum, ne his, aliique Patrum refigitominis nus penetratis in re prelati, atque in confidit merit ad gratiam, & gloriam in faculorum operibus initi Catholicæ admittenda aberetur gratia omnes que ad condignitatem eiusmodi præmi in iustorum operibus, atque ad debitum proprium illud reddendi, ex habetate (salem) quod in Deo adfirmatur, intercedunt tunc clemencie fani, & in primis gratia auxilium, de quo Patres citati sunt, & recitari proxime. Hæc autem, etiam ad honendum, & absolute laudabile, & meritorium fit, ac proinde meriti condignitatem ex parte con-
tuit, non tamen confluit adequate, etiam, si quis intrinsece, & essentia sua (supernaturale fit: verbi gratia fidei actus in peccatore, vt dogma Theologum fert: quare, & gratiæ habitus, seu forma theologum alia, siue actus, siue habitus ex parte operis requiritur, quæ intrinsece meritorius vult operis obiectur ad condignitatem meritorum gratiæ, & gloria, omnium etiam Theologum sententia: quæ de re, & modo eleuationis non satis ab aliquibus bene intellecto egimus controuersi, de Incarnat. & controuersi de merito vbi condignitatem meriti, nec promissionem, nec acceptationem Dei, quidpiam alia videntur propabilibus licet, quæ absolute verum esse docuimus, quare illa Pauli ad Romanos 8. *Non sunt condignæ iustitias huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelatur in nobis*, & 2. Corinth. 4. *Momentaneæ & instabiles nostræ æternam gloriæ pondus*, &c. Et Magnus Gregor. in Psalm. 142. Penitentia, & vt recit. Fulgent. 1. ad Monim. cap. 10. *Id est, quod Alexand. ad id Lucæ 7. Nisi quid præstiteris habere illi*: Cyprian. lib. 4. epistol. 6. sub fin. & Senece. Concil. lib. decret. 16. circa finem iam recensito videntur operibus eiusmodi condignitatem ad præmium gloriæ denegare, atque hanc coram condigno merito longe excedere: de operibus secundum iustitiam sumptis quantumvis ex Dei auxilio profectis, intelligenda sunt, vt verba ipsa, & sonant, & facient autem vt sanctitatem operantis, à quæ ad condignitatem eleuantur concernunt: quod autem in ipsa iustitia non operibus præmiandis Dei misericordia, quæ eorum imperfectionibus ignoscit, atque indulget necessario interueniat (vt obferunt, asseruntque. Hinc in Psalm. 13. illud *quoniam misit eis misericordiam super eam* eo sensu acuto exponens, Hieron. Dialog. ad Pelagium, longè ab initio Gregor. Mag. Moral. capit. 1. init. alias cap. 14. siue ad id Iob 9. etiam si habuerit quid iustum *non respondebo sed meum iudicem adhibebo*:) de operibus ipsius secundum se est iustum, & operis vbi operantis, & iudicis indulgentia, & sanctitati operantis: cui earum ad antequam esse perfectiorum neglectus debetor, indulgentique (vt sic loquar) & clemencie in quare in sanctitatis, & gratiæ donacione, non autem in eorum præmio iustis reddendo indulgentia coram Deo iter intercedit.

4. Hæc pro condignitate meriti operum, & auxiliante, & sanctificante gratia Dei profectus & elevatus, quin promissio Dei de eiusmodi premio reddendo ad eiusmodi condignitatem (vti reor) intercedat, aut requiratur.

qualitur. Ceterum eiusmodi condignitate meritorum independentem ad promissionem posita & admissa ad primum ipsi reddendum Deum nullatenus vero aliquo sensu stricto & proprie non tenetur promissione seclusa; tamen titulus iusto homini in eis operibus adsit, ut pro operum suorum qualitate, & quantitate valoris tantundem primum illius à Deo reddatur. Non secus, atque exigentia cuius creaturae naturalique agentis adest ad tantam perfectionem, qualitatum & facultatum, vel ad talem effectum determinatam perfectionis entitativae intensivae, aut extensivae à Deo obtinendum adest, insuper eius ac debiti naturalis appellamus; tamen quia neque stricto aliquo iure contra Deum creaturae quæsito, neque debito aliquo proprie honestatis à creaturis concedere Deus tenetur ea, quæ ita exigunt: immo ea abique vlla creaturarum iniuria, proprietate ipsius indecentia physica, & morali absoluta potestate denegare illis Deus potest, ac non semel de facto denegavit. Posita autem Dei promissione de ita laxo iure & exigentia, siue debito eius, quod vel à causis, & creaturis naturalibus exigunt, vel à iustorum hominum honestis, & ex gratia Dei exhibitis operibus reddendo, Dei debitum ex honestate propria, ut minimum, consurgit illud reddendi: cum autem ad ita promittendum Deus non teneatur, Dei gratia etiam in eiusmodi promissione de premio reddendo interveniat necesse est. Huc faciunt verba concilij Senonensis decreto fidei 16, cuius nuper meminimus: *facit tandem misericordia locum unicuique iuxta meritum operum suorum* (secundum se solum spectatum ut diximus) *non absolutam condignitate quidem (nec enim condigna sunt passiones huius temporis &c.) sed gratias magis, & liberali promissione, quæ conventionem facta de denario diurno conduxit operarios in vineam suam, & Trid. 6. c. vi. sub fin. Tanta est deus erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Sententia ad Verbum desumpta ex Celestino Papa 1. epist. 1. c. 12. & ex Aug. epist. 106. ad 1. ad Timot. 4. *Proposita est nobis corona iustitie*, vult autem, non quia, quæ merita non sunt, merita esse velit: esset enim velle contradictorium, & chimeram; sed quia voluntate iustificandi & formalem iusticiam donandi operanti vult, ut ad condignitatem gloriæ opera, quæ ratione auxiliantis suæ gratiæ dona ipsius, & meritoria de congruo intrinsecus erant elegeretur: ac voluntate promittendi gratuita, & liberali ex promissione sua debita fierent. Huc etiam spectavit Bernard. (serm. 1. in Annuntiat. sub init. id Pau. *Non sunt condigna, &c.* Neque enim talia sunt hominum merita, ut propter ea vita æterna debeat ex iure, aut Deus iniuriam aliquam facere, nisi tam donaret, ut scilicet creaturae ius omne ad præmij retributionem excludat; non autem Dei debitum, ex decetia atque honestate propria fidelitatis suæ in promissis præstandis, quam asserit recitatis verbis n. 3. ex 1. de gratia, & libero arbitrio sub finem: Huc denique faciunt testimonia Patrum à nobis recitata cert. 2. n. 6. & alia, quæ superfluitatis radio omittimus. Ex dictis enim facit constare, quot titulis, & sensibus meritis nostris gratuito reddenda vita æterna, & gratia per gratia dicatur.*

4. Illud quod postremo loco obiciebamus n. 6. ex nostro Ruiz de promissione diuina iustificationis nostræ ex meritis de congruo: quia non obstante imaginaria solum & gratuita creditoris Dei, ac proinde non debentis remissio intercedat, infirmum valde est. Primo: quia de eiusmodi diuina promissione iustificationis impij ex meritis solum congruis quæ supponitur, minime ex scriptura Patribus aut Theologis constat. Tum etiam: quia, etsi de ea constaret argumentum imaginariæ solutionis, ac virtualis remissionis in accepto ferendis meritis congruis nec congruis ad iustificationem ex promissione, secus in retributione vitæ æternæ iustorum operibus eius merito, & solutio æqualis premio reuera exhibetur: ac proinde imaginariæ solutionis locus non est in reddendo premio re ipsa soluto. Ceterum ex promissione facta meritis solum congruis atque Deis tenebatur ex fidelitate reddendo promissio, atque ferenda accepto satisfactioni & solutioni peccatoris; sicut ex promissione æternæ gloriæ operibus condigne meritoris eius illam tenetur retribuere, quia opus sit ea accepto ferre, quia præmij solutio, & præmium verum eiusmodi operibus exhibetur: ac proinde

certainum uniuersum est, quod asserimus: ex quavis Dei promissione teneri Deum ad promissa præstanda, debetumque ea reddendi incurtere: quare promissione posita, & facta à Deo, meritis de congruo etiam, non esse ipsi liberum accepto ferre solutionem, & satisfactionem peccatoris in eius iustificatione ex meritis congruis præstanda, & efficienda: sicuti, neque liberum ipsi est iustorum obuentium meritis condignis coronam gloriæ reddere, quam promissit: quia inhonestè se gerere ac fidelitatis suæ promissis præstandis deficere Deo liberum, integrumque (ut diximus ex Dionysio & naturali ratione) nullum est.

6. Inde verò tandem obicies gloriā, ut præmium, & coronā, atque uniuersum præmium quodvis, coniunctum, & inseparabile à merito esse non debet: quod enim necessario coniunctum, & inseparabile ab opere est, præmium illius esse nequit, nec potest illi in præmium proponi, neque ut præmium illius conferri, ut de se, ac mille exemplis patet: atqui posita diuina promissione coronæ gloriæ, & præmij vitæ æternæ operibus iustorum decedentium gloriā, & vitā æternā coniunctæ necessario, atque inseparabilis eiusmodi operibus, ut illa non conferre & ab operibus separare Deo adhuc liberum non sit, sed prorsus ipsi etiam impossibile: ergo promissio Dei gloriæ, ut coronæ, vel de re impossibili est, vel debitum eam reddendi operibus iustorum decedentium non asserit, contra nostram conclusionem. Simile argumentum contra absolutam præstationem gloriæ, ut coronæ ante præiudicia absolute merita video à nonnullis magnifici: quia ea posita nequit non dari à Deo gloriā ob merita, ab hisse separari ratione efficacie, & infrustrabilitatis præstationis illius. Respondetur facile: præmium, non posse esse rei naturæ suæ inseparabilis ab opere, quod illud meretur, atque huic naturæ suæ necessario coniunctæ; secus autem ex voluntate extrinseca præmij, ita præmiare irreuocabiliter, vel decernentis; vel promittentis: nec aliud quam primum distinctionis huius membrum exempla vlla probant.

7. Instabis in retributione gloriæ debite ob merita condigna ex vi, & debito promissionis nequit esse retributio gloriæ ob merita, sed ob fidelitatem seruandam in promissis. Nequit item in ea retributione esse aliquid actuale virtutis, etiam fidelitatis exercitium, quod nisi ex libertate actus, & exercitij cum absoluta potestate ad oppositum (quam posita promissione ad non præstandam gloriam Deo negamus) esse non potest: negare autem Deo in gloriæ retributione actuale virtutis exercitium, ac insuper eam à Deo propter merita fidelitatis ad reddenda præmia meritis nostris ex vi promissionis suæ. Respondetur negando: non posse retribui à Deo gloriam propter merita, siue formaliter in præmium meritorum ex eo, quod ex Dei fidelitate in promissis præstandis reddatur: quia non pugnat aliquid appeti, siueque ob plures fines, aut motiua adhuc non subordinata, quæ vnum totale motiuum, aut finem constituent, ut Physicis, & Animasticis est notum: longe vero minus repugnat: cum alterum motiuum subordinatum alteri est; ut patet in electione mediij ob utilitatem ad finem intentum ob huius tandem bonitatem amati: in re autem præsentem motiuum operum, ut gloria retribuitur subordinatum motiuo fidelitatis in promissis præstandis est; immo, sine cuius attentione, & respectu in eis retribuendis non staretur promissis, & fidelitati: siquidem gloria non utrumque nobis promissa à Deo fuit, sed ut corona: atque in bonorum operum præmium: quare neque aliter promissioni & fidelitati suæ Deus satisfaceret, ni cam præmium, atque ob opera & merita nostra nobis redderet. Secundum quod ut falsum, & absurdum inferatur, nihilominus est, sed verum, & necessario in Deo plures Catholicæ, ne in fidem peccet admittendum: ut in dicendo vero, ac non mentiendo quoties aliquid loquitur: in exequendo id, quod efficaciter præstendit: & in iis omnibus vel præstandis vel omittendis, quorum, vel omisso, vel executio necessaria alicui Dei attributo aut prædicato aduersatur. Tunc enim actualis executionis, aut omissionis voluntas, & exercitium in se immediatè formaliter libera esse nequit.

quit; sed mediate solum, vt summum, in voluntate libera, quæ supponitur ad huiusmodi voluntatem, & exercitium necessarium: verbi gratia in præintentione aliquid faciendi, in voluntate aliquid loquendi, & reuelandi, atque in re præfenti, in promittendi voluntate.



DISPUTATIO II.

De stricta & propria Dei erga homines, seu rationales creaturas iustitia.



EM ingredimur inter Vasquianos præfatum & Soaritas Theologos valde controuersam, & ad fastidium penè agitatam, multisque æquiuocationibus obnoxiam, & fortassis plenam. Eas verò vt vitemus, iustitiæ acceptiones laxiores præmittenda sunt: propriæque, & strictæ natura explicanda, atque in suas species, & partes proprias (nec solum potestatiuas, quas vocant, & aliquantulum similitudinarias) diuidenda. Ex quibus demum præfatis dispensationis punctum, scopus, ac difficultas ita proponatur dilucidè, vt nullus æquiuocis responsionibus, argumentis, ac subterfugiis patet locus.



QVÆSTIO I.

De Variis Iustitiæ acceptionibus, atque strictæ essentia, & speciebus.

IN qualibet Iustitiæ acceptione subicienda, & explicanda (etsi non strictæ, de qua præcipue disputatio hæc instituitur) qua ratione, atque in quibus Deo conueniat examinare, & statuere, tametsi obiter, oportebit.

CERTAMEN I.

Amplissima Iustitiæ, quam legalem vocant acceptio.

1. **C**VM Iustitiæ nomen ipsum æqualitatem cum aliquo importet, sit, vt omnis æqualitas affectus seu operationis nostre cum lege, aut rationis dictamine recto iustitia dicatur: qua acceptione idem prorsus, quod virtus sit, atque virtutes omnes permeet, & complectatur. Eam Iustitiæ acceptionem docuit Arist. 5. Ethicor. cap. 1. sub init. ita ample iustitiam acceptam definiens: Videmus omnes talem habitum dicere iustitiam, quo homines apti sunt ad res iustas agendas, & quo iusta agunt, & volunt iusta. Cuius definitionis bonitatem sic confirmat: videtur iniustus esse, & qui à legibus exhorbitur, & qui plus capis, atque iniquus: quare patet, & iustum esse eum, qui legitime facit, & eum qui æquus est, iustum ergo est quod sit legitimum, & quod sit æquum. Subinferturculè colligit inde. Omnia legitima esse quodammodo iusta: ea namque, quæ à facultate ferendarum legum sunt definita, legitima sunt: & horum unum quod iustum dicimus esse: ipse autem leges de omnibus dictant: quod in singu-

lis virtutibus illicò ostendit: consonat Augustinus 19. de ciuit. cap. 21. & 27. post medium scribens, in ratione que iustitia est, vt obedienti Deus homini, animus corpori, ratio autem virtuti etiam repugnantibus imperet, vel fugiendo, vel resistendo. Iern. 59. de temp. post med. Iustitia non aliud est, quam non peccare: non peccare autem legis præcepta seruare. Anselm. Dialog. de veritate cap. 13. post med. Iustitia est restituendo voluntatis prout se seruata: & sine confirmat, quia iusti aliquando restituntur recti corde, id est, recti voluntate: aliquando recti sine adiectione cordis, quoniam nullus alius instigatur rectus, nisi, qui rectam habet voluntatem: vt est illud gloriamenti omnes recti corde: & illud: videbunt recti, & latrabuntur. Consonat S. Thom. 2. 2. quæstion. 8. 5. art. 1. & 6. corpor. fine. Explicans ad iustitiam virtutes omnes pertinere, quatenus homines, vt Reipublicæ partes, ad bonum commune earum actus, quemadmodum, & leges, referunt: vt dicitur 1. Iustitia ff. de iustitia, & iure. Atque eo sane respectu, vt sic distinguitur ab Austeritate proximè sub capitis finem: quia, qua virtus bonum solum operantis respicit, sicuti, & obedientiæ, que legem etiam attendit, quatenus talem honestatis propriæ regulæ sunt. Vnde 3. Politic. cap. 3. obseruat non esse eandem boni ciuis, ac boni viri virtutem. Hinc Aristot. 2. 2. cap. 1. approbat vulgare illud, Iustitia in se 3. virtutes continet omnes: & concludit. Hæc igitur iustitia non pars virtutis, sed tota virtus est. & Ambros. 1. de Abrah. cap. 10. sub init. Iustitia sola est, qua virtutes omnes complectitur, & commendat omnes.

2. Duo ex dictis sunt prona. Primum: Iustitiam in late acceptam, in eam, quæ propriæ conscientie, & rationis dictamini, quatenus bonum Reipublicæ concernit, conformatur, & in eam quæ legibus idem commune bonum attendentibus se se adaptat, diuidi posse: & postrema quidem hæc proprietate, & rigore sermonis iustitia legalis est, secus prima, quæ tametsi bonum etiam commune, quod iuuat leges, attendat, at non attente leges ipsas, & quantum attentione, & respectu formaliter legalis est, & sermonis proprietate cõpellatur: quare & qui legibus, nec subit nec possit subiacere, dummodo in virtutum exercitio commune Reipublicæ bonum attendat potest primo modo explicata iustitia conuenire, licet secundo modo nequeat, id quod obseruandum, vt docetur de iustitiæ acceptione hac ampla Deo concedenda, vel neganda, aduersus sententiam conciliantur. Secundum autem: hæc eadem ampla acceptione virtutes omnes, tam distributiue: quare & vnanquamque earum locum, quam collectiue, siue coniunctim sumptas, & simul polle iustitiam appellari. Primo modo virtutes omnes distributiue, & singillatim iustitia dicuntur sepe in scriptura, quoties plurali numero dicuntur, siquidem omnium virtutum coniunctum non patitur pluralitatem, sic Psalm. 118. iustitia Domini recta lætificantes corda. Deuter. 4. Scia quod docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut mandata mihi Dominus cap. 27. facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi, quibus similia habentur cap. 33. vult. 21. Paralip. 7. Psalm. 7. 49. 88. & aliis, & illis Martia. sine modo sic decet nos implere omnem iustitiam; vt omnem distributiue sumi contextus suadet: iustitiæ vero pro omnium virtutum coniunctum, ac simul sumptarum collectione acceptio est etiam frequens proprior. & frequentior apud Aristotelem, & reuerentior Patres, nam vt eorum verba perpendentibus constabit. Eoque acceptio frequentissima scripturæ est Ezech. 18. & sepe iustus is solum dicitur, qui omnia legis singularium enumerata seruat: atque ex generali illa Iacobi regula cap. 2. quicumque autem totam legem seruauerit, & custodierit in vno, factus est omnium reus, quatenus, si quis quominus reus, & iniquus, seu iniustus absolute non sit reliquorum obseruatio non obest. Et quidem, qui generaliter in aliquo tantum delinquit, iniustus absolute est apud omnes. Neque enim cum, qui occidit, non autem furatur, aut mechatur, iustum absolute, vulgo, aut Theologicè habemus, aut dicimus, sed absolute iniustum, impium, & iniquum immò verò, si vt iustus est absolute esset, legis, aut præcepti vnius obseruatio latiforet: contra vero omnium omnino transgressio, vt iniustus esset, absolute requireretur, vix iniustus abso-

lur aliquis foret, atque ij quos iniquissimos reputamus, absolute iusti omnes forent: cum vix, & ne vix quidem de eis quis fuerit, qui ita omnes leges, & virtutes proterat, ut nullam proflus omnino obferret. Ratio autem est: quia equalitas, cuiusvis generis sit, cum parte solum extenit alterius facis non est, ut ipsi aequalit aliquid absolute sitae dicatur; alioqui palmus vnae absolute equalis foret ac diceretur. Aequalitas autem cum lege, aut rationis dictamine in materia alicuius legis, & virtutis tantum in ordine ad bonum commune, solum est cum parte earum: quare nec est absolute equalitas, & iustitia cum illisquam rationem asserit sui profunde subdit Iacobus immediate numero 11. qui enim dicit, non machaberis, dixit & non occides. Quod si non machaberis, occides autem, falsus es transgressor legis.

3. His practictis explicationibus, & diuisionibus iustitiae, ita vniuersum acceptae, dubitatur à Theologis primo: an legalis iustitia explicata proprie Deo conueniat: in quo de nomine solum (ut bene Ruiz d. 57. sect. 2. n. 1.) Catholicis Doctoribus esse controuersia potest. Asserunt Scotus in 4. d. 46. q. 1. §. de primo dicendum. Sotus de iustitia & iure lib. 3. q. 5. art. 4. ad primum sub finem: Rebell. lib. 1. q. 4. sect. 4. Lorca 1.2. d. 44. de gra. §. Hac ergo ratione. Nauarrete 1. p. q. 21. art. 1. controuers. 28. §. 6. quam sententiam variis eiusdem conclusionibus, ac precipue eius propositione citato num. 1. attentis, ut probabiliores, propriorūque modi loquendi sedatur palus Ruiz noster. Negant verò Argentina in 4. d. 46. q. vult. artic. 1. sub init. vbi etiam Bassolis, Sotus, opuscul. de iustitia Dei sect. 4. numero 8. Petanus 1. p. question. 2. art. 1. d. vnic. coucl. 2. P. Ioann. Arpold. ad eundem articulum dub. 3. qui tamen (sicut & reliquis negatiue Patroni) de iustitia legali, ut speciem virtutem dicit fundatam in iure totius Reipublice praevalente contra priuatorum iura, & commoda, qui sunt partes illius loquuntur: quo pacto in his qui partes reipublicae non sunt, nec communiibus eius commodis, vti, fruique possunt, nequit legalis iustitia reperiri: quare, & neque in Deo, qui nec pars vniuersi proprie est, nec contra quem in vniuerso ius proprium potest excogitari: & sane ita accepta iustitia non amplius stricte iustitia speciet, quae speciale genus iuris proprii in altero essentia sua supponat: quare eius est accepta non est praesentis questionis examen, sed disputationis sequentis. Solum ergo de iustitia legali, cuius commune bonum Reipublicae, seu vniuersi, & quae omnes illud concernentes attendit (sive illud attendens pars vniuersi proprie sit, sive non; sive respectu ipsius, & contra ipsum ius aliquid proprium vniuersum hoc habeat, sive non habeat) potest nunc de legali iustitia Dei disputari. Neque dubitandum est, quin ea virtus, quatenus commune Reipublicae bonum, quod & leges etiam attendunt specialis sit virtus, & reliquis diuersa, neque eas formaliter claudens, adhuc tanquam species, est virtualiter, & imperatiue omnes complectatur: quatenus ex eo fine, & intentione possunt reliquarum virtutum actus eligi, imperari, atque procedere: quare neque ampla illa iustitiae acceptio, quae vel omnes distributivae virtutes permeat tanquam species, vel omnes coniunctim tanquam partes, quicquid iustitia absolute talis consistat, eam specialem virtutem, quae vniuersi bonum attendat continetur; sed pars potius iustitiae, si accepta est, sicut speciales aliae virtutes, quibus omnibus totalis iustitia in nullo deficiens constat, ut autem de legali Dei iustitia specialis, quatenus vniuersi bonum in suis actibus, & operibus Deus, attendit, distinctus, liberiusque, & operibus Deus, attendit illa acceptio, statuat de iustitia Dei in nullo deficiens significatur, itatendum in primis erit: ut conset specialis virtutis, legalis decisionem, nullatenus ab scriptura, aut Patribus fuisse attractam: quare in eius examine, ac decisionis maiore à nostro Ruiz ad scripturam, & Patres provocari.

4. Dico ergo primo iustitia, prout omnem virtutem, tam distributivae, quam collectivae in nullo deficientem significat, & coarctet in Deo est: conclusio dogmatica in scriptura Patribusque expressa est, & à nullo subinde Doctore Catholico negata, nec, & ita fidei nostrae iustitiam, ab vilo neganda est, siquidem idem ipsum

dogma impeccabilitatis Dei, atque in praesentis conclusionis terminis expressum illis Psalm. 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Psalm. 50. ut iustitiae in sermonibus tuis; & vincas cum iudicaris. Psalm. 144. Iustus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Secundo: ex aliis locis, quibus iustitia Dei adeo reliquis creatis praecellens asseritur, ut illius comparatione haec omnes iniustitiae, atque in multis à iustitia, & rectitudine deficiant. Psalm. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, ut ibi exponunt Hilarius Arnob. Euthym. Gregor. Magn. Hieronymus, qui etiam epistol. ad Celsiphontem, & expositores reliqui atque Bernard. sem. 61. in cant. med. sem. 5. de verb. illai. 64. Omnes iustitiae nostrae quasi pannus menstruatus. ad quae etiam Patres, & interpretes & Ild. 1. sent. c. 27. §. 3. vbi hyperbolice iustitiam creatam, quamvis comparatione Dei dicitur peccatum: eo, nimirum sensu, quo loquitur lux solis comparatione tenebre, & disparat iuxta Gregor. proximo loco citandum ad verba haec Iob. 4. Numquid homo Dei comparatione iustificabitur? & c. 9. Non iustificabitur homo comparatione Dei, c. 25. Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere. Ad quae loca interpretes videndi praesertim Mag. Greg. 5. Moral. c. 26. lib. 9. c. 1. 9. 11. 26. & 28. & lib. vlt. c. 1. Aug. lib. ad Orosium contra Priscillianistas c. 10. Hier. epistol. ad Damasc. ver. fin. Dialog. 1. aduersus Pelag. versus med. idcirco Anselm. dialog. de veritate c. 10. post definitionem iustitiae ea amplitudine acceptae, cuiusque probationem inferit. Si vero rectitudinem illam dicimus propter se feruari, da nulla alia rectitudine (quam divina) tam convenienter dici posse videtur: sicut enim non aliud illam, sed ipsa se feruat, nec per aliud, sed per se: & ita non propter aliud, sed propter se, &c.

5. Dico secundo: specialis virtus iustitiae legalis proprie Deo non competit (adhuc modo explicato, quo sub hanc praesentem potest questionem venire, abstrahendo ab eo, quod solum, ei qui proprie vniuersi pars, & contra quem proinde ius vniuersi praeualeat possit conuenire) competit autem quatenus dicit virtutis exercitium ob vniuersi commoda legibus intentat. Probatur prima conclusionis pars: quia, ut supra dicebamus legalis iustitia propria dicitur, quae cum attentione, & respectu ad leges exerceatur: ergo cui repugnat ex lege, & ob legem operari, repugnat operari ex iustitia legali. Atqui repugnat Deo ex lege, sive ob legem operari: ergo repugnat Deo operari ex iustitia legali: subsumptum probo, quia respectu Dei repugnat dari proprie legem, quae essentialiter dicat superioritatem illam ferentis respectu eius, pro quo lex feritur: & quae respectu Dei esse prorsus in aliquo nequit. Probatur postremum hoc: quia Deus sui ipsius nequit esse superior: reliquis autem (quae creata necessitate esse debent) essentialis Deo subiectio est, & superiori-rati repugnans. Hanc rationem attingere etiam doctores negatiue: cum autem ab aliis rationibus, quae in legali propria iustitia interueniunt, & ob quas etiam illam Deo deuegant, praesentiar, illos omnes haec nostrae conclusionis pars prima Patronos habet exploratos: quod autem à Patribus, & Theologis sibi ipsi lex dicatur Deus; improprie accepta lege dicitur: ut significetur, ab aeterno recte rationis suae dictamine (quod naturalis rationalibus creaturis aeterna lex est, & creaturarum rectorum legum origo, & archetypus) nullatenus posse deflectere: quod quia firmiter sancti, atque ad rationis dictamen in suis operibus sequendum habitualiter obfirmati imitantur: iustis non esse posita lex dicitur: tanquam absolute physice, ac metaphysice possint ab illo, ac subinde à recto, & bono deficere. Citius ergo Deo, qui nullatenus à recto suo dictamine deficere potest, lex propria posita negabitur. Item sicut Princeps legislator, quoad vim directivam suis dicitur legibus teneri: tamen proprie, & absolute legibus suis subiaccere nullatenus dicitur: quia sibi superior non est, nec amplius, quam dictamini recto, ex quo leges condidit, sequi tenetur: ex lege tamen alia naturali ipsi ac potestati suae superiori, quae prorsus respectu Dei, esse nequit: quare ex solo recte suae rationis dictamine, & decencia sibi ipsi, non autem legi vili debita, recte necessario operatur: quin possit, quocumque operetur, à recto, & bono deficere.

6. Secunda conclusionis pars est nostri Ruiz, & Doctorum omnium pro sententia affirmante reatorum numero 3, neque ab illo negative sententia Patrono negata, à sanctorum Theologo neganda. Probatur: quia velle Deum agere aliquid ob bonum commune Reipublicæ (quod leges intendunt) atque etiam universi, honestissimum est: ac proinde Deo decessitissimum huicque deficere, absque alia præstantiore ratione (etsi ius in Re publica, & universi proprium contra Deum non adit, inonestum, ac turpe, vt de se patet: ergo in Deo est specialis illa virtus, quæ bonum Reipublicæ, quod leges, & universi habitaliter attendat, eique cum Dei indecentia deficere non patiatur. Probatur secundò: quia, vt conclus. 1. probatum est, iustitia, propterea omnes virtutes, & distributiue, & collectiue acceptas significat, & coercet atque omnem ab eis, vel earum aliqua deficietiam vel decessitabilitatem excludit, in Deo continetur (id quod intelligendum est de virtutibus omnibus, quæ essentia sua imperfectiorem aut indecentiam in eam habent nec arguant, nec deoluant) Atqui velle, agere Deum ob bonum commune Reipublicæ, ac universi nullam imperfectiorem aut indecentiam arguit, aut deoluit in ita volente, aut agente: ergo & in Deo est, & ita vt omnem ab ea deficietiam vel decessitabilitatem ab eo excludat. Probatur tertio ex iis, quæ conclus. 3. statim dicemus. Cum autem in hoc respectu & attentione ad bonum commune Reipublicæ virtus hæc specialis Dei cum legis omnibus Reipublicæ, & communitatis, quæ commune bonum illarum præcipue, & directè intendunt, conueniat; dubium non est, quin aliquatenus siue ex parte obiecti formalis, & directi legum legalis virtus dici merito debeat. Contra hanc secundam conclusionis affirmatiuam partem argumenta absolute negantium Deo legalem iustitiam non militant, immò neque eorum mens discordat, vt diximus, atque argumenta eorum memodata demonstrant.

7. Dubitat secundò. An legalis iustitia in Deo providentia, & gubernatione rerum secundum se sumptura naturali, ac supernaturali exerceatur? & de propria negandum est ob rationes supra tactas & de impropria verò, quam admittimus, concedendum: etenim, quod ad creaturam agentium, & dispositionum naturalium exigentiam, vniuersi bonum, commoda, & splendorem à Deo primum inditum in naturali providentiâ, & gubernatione vniuersi, Deum illam, vel plurimum, attendere, & experientia demonstrat, & Philosophi Sapientiores, & Patres obseruant: vt Athenagoras libro de resurrectione post medium, Dionysius Areopagita c. de diuinis nominibus à med. & vers. fin. Tertull. 2. contra Marcionem cap. 11. fine & 12. lib. init. August. lib. de creat. animæ c. 33. Ambros. in Psalm. 1. id Isaac 40. Ecce gentes, & vestra scilicet, & vestrum momentum flauerit reputate. Qui in eo iustum Dominum, & iustitiam, nostro hoc sensu, exercere aiunt: vt & Epiphanius hæresi 66. post epist. Marcell. pag. 3. vbi etiam creati arbitrii libertatem continui, seruatiue luxta eius exigentiam, non bonitati Dei solum, sed & iustitiæ tribuit: sicut & plures alij. 2. d. qu. 1. & 2. & in retributione bene, vel malefactorum ex temporalibus bonis, si iniusti, & non sancti bene operantes sunt; ex spiritalibus, si iusti eadem gubernatrix Dei iustitia legalis explicata (vt abstraham modo an stricta sit?) intercedit; elucet in præmio iudicis Regis Babilonis Ezechiel. 29. & Ægyptiarum obstrictum mafculos fetus Hebræos occultantem exodi 1. vt Magn. Gregor. interpret. est 8. Moral. cap. 2. post medium: in Romano imperio obseruauit Augustinum 5. de ciuitate cap. 12. & 13. & generaliter qu. 24. ex lib. 83. questionum quibus consonat S. Thom. 1. 2. q. 21. art. 3. & 4. qu. 114. art. 10. De iudiciorum vero, & prauorum iusta à Deo in alia vi retributione Athenagoras citato lib. post med. ad finem pen. Multa, & præclara Chryl. in 2. ad Timothei. 1. homil. 3. & c. 1. homil. 8. lib. moralis init. & 2. Corinth. 4. homil. 9. lib. iust. moral. ad Philip. 2. ferm. 6. fine tom. 2. homil. 4. de Lazaro circa med. tom. 3. orat. 4. de providentiâ, scđ fact. 8. & lib. 1. de Providentiâ versus finem. Nazianz. carmine Iambico 1. quod est de ipso aduersus inuidos vers. fin. Cyrill. Hierosolym. Cath. 18. col. 1. inde resurrectione

probas, A. 1. de libero arbitrio, et in Halm., *id est labor est ante me dante innotum in sanctuaria dei* et intelligam in nonisimis eorum. Clem. Romanus; cognit. circa me. Basil. Homil. 12. in princip. Prodic. circa me. Tertull. 1. contra Marcionem c. 15. *intu. Clem. Alex.* 1. Pædag. c. 8. longe à me. contra negat. de Presbiteriam. Ancil. cap. 1. Profol. Damasc. de deo post me. recitari ex Ruiz d. 57. sect. 3. et alij; qui de Istis presbiteriam ex ista opore retributione, vel in presenti, vel in alia vita probant frequentissime: quod argumentum continent illa loca Hier. 12. *inquie. Dominus, si disputem tecum, verum tamen ista loquar ad te.* quare via impiorum propteratur? &c. & Abac. c. 1. *pot me me. Repicere ad iniquitatem non poterit: quia respici super iniqua agentes; & races, deorante impio impietate per i; & que in idem subdit. c. 2.*

CERTAMEN II.

*Proprie, & stricta iustitia definitio,
explicatio, & in suas species
divisio.*

1. **V**igata apud omnes fūctiō, ac proprie iustitiae definitiō, ex consensu Philoſophorum, & inſtitutionum ſenſu huius traditur ab Vlpiano f. de iustitia & iure. *Iustitia est constans & perpetua voluntas iuxta legem unicuique tribuendi*: quae definitio ad verbum habet inſtitit. Codem titulo *f. iustitia*. Tradit enim inſtitutio a Patribus Aug. de liber. arbit. c. 7. ſub init. *igitur, quid dicam esse in iustitiam, quae iuxta cuiusque voluntatem* 19. de ciuit. c. 21. circa med. *iustitia est virtus, in qua cuique tribuitur*. q. 31. ex lib. 83. quæſtione ſub initium *Iustitia est habitus animi communis virtutis ordinis suam cuique tribuens dignitatem*, Nyſſen art. Cinc. cap. 2. 6. ſub init. *iusti est pro meritis cuiusque tribuere illi interius: iustitia est proprium, emissionis illa primæ virtutis principia & causis prius recitat. Nazianzen. c. 10. iambico 1. post initium iustitia est in qua iustitiam requirere. Ildor. 2. Etymol. cap. 24. circa med. Socrate definit, quæ recte dicenda ſunt quæque de ſubſtantiis. Eandem definitionem tradit Ariſtot. f. Ethic. cap. ſubſtantiis enim definitionis ex ipſo citate certam 2. reſtrictionibus, in hanc de ſubſtantiis proprie habentibus generalis illa ſua recidit propius: quæ præſentis iustitiæ proprie definitio, vñ dogma à Philoſophis. Patribus, ac Theologiſ fixum, eternumque, ad reſtrictionibus diſputationis huius ſcientiis, habenda eſt: autem in iustitia omni propria, & ſubſtantiis reſtrictum rerum, in quibus exercetur eſt, eſſentialiter inſtitutum habere, inde enim iustitia, ſive æqualitas in pæſentia nominatur.*

P. Ex his uero definitione constat, ad iustitiam
 priè, & strictè dictè rationem requiri, ut in hoc
 strictum, ex quo, vel iuxta quem alter contra alterum
 agat, vel sibi repetendo, aut retinendo aliqui ex fure
 contra alterum, vel alteri dando, aut detrahendo, ex
 fure iuxta ius alterius, fieri autem semper, ut iuri stricti
 iustitiam, inter quos exercenda iustitia est, debita cum
 materia, in qua exercenda iustitia, est illud ad alteru
 rum, ut, si in eis materiam habent ius illud ad alteru
 non tribuat, vel habent ius in illa qua cum iusto pos
 sedit titulo, auferat, contra iustitiam, peccet, ut in
 quisque fur, vel retentor. Porro hoc eodem modo inale
 vnius respectu iuris alterius tem habere plures respos
 debuit alteri strictum esse neque, & ius, & ius
 tum fieri in alio, qui exercendo, citra iudicium, neque
 defecere. Cæterum, est strictum debium aliquem esse
 quia in hoc alteri ius stricti fieri contra iustum alterius
 minime possit, ut in hoc eius conditione esse debeat, ut
 illud habentem ex iustitia obligatione ad iur. iustum
 citium, & vltim contra debitorem constringere, ne citi
 iustitia virtutem in exerciti omni peccet, si illa
 omnino est. Etenim creditor quilibet ius strictum
 contra

contra debitorem huius debito stricto respondens, vt debitum summam ex iure suo, & stricta iustitia possit repetere, repetatque, si velit, cum tamen ad sui iuris vsum, & debiti repetitionem à debitore nullatenus ex iustitia compellatur: vt si suo iure utatur, ac repetat contra iustitiam delinquit: immò verò, vt ex amicitia, charitate, misericordia non petat, sed debitum porius totum condonet debitori suo stricto illo iure repetendi nullatenus prohibetur, vt patet id quod in hac disputatione præ oculis habendum, vt æquiuocatio, ex qua affirmantes, & negantes strictæ ac propriæ iustitiæ Dei erga creaturas exercitium sæpe decedant, facile deprehendatur.

3. Iam strictæ & propriæ iustitiæ species sunt iustitia commutativa, iustitia distributiva præmiorum iustitia punitiva, seu vindictiva: vt legalem specialem (de qua satis certum est), nullam nunc faciam iustitia commutativa essentia sua respectu æqualitatem dati, & accepti in iis, ad quæ ius aliquis habet atque alter ea ipsi reddendi proprium, ac strictum debitum. Eiusmodi æqualitatem dati, & accepti ita essentialiter à iustitia propria ac stricta commutativa respici, vt nisi in iis esse strictam iustitiam repugnet, docuit Arist. 1. Ethic. c. 2. S. Th. 2. 2. q. 61. art. 3. Ad hanc autem rationem dati & accepti propriam, idem Aristot. 1. Ethic. cap. 4. & 5. videtur requirere, vt dominium dati, ex iustitia nullatenus penes dantem absolute remaneat, totumque dati eius dominium transeat, sique penes illud ex iustitia, iureque stricto suo recipientem. Hoc tamen additum omnes fere iustitiam in Deo propriam specialem, & strictam afferentes, de speciali propria, & stricta iustitia esse negant; sed solum iustitiæ inter imperitos agentes ex iustitia, nempe rationales creaturas: quod ad apparentis fundamentis ostendere conatus est nobis Passolus tom. 2. in 1. p. q. 27. art. 1. dub. 1. à num. p. 2. l. 1. 7. vt negantem non tunc etiam Ioannem Populium ad eundem articulum dub. 1. §. 2. à versu Ad 1. art. 1. *nonum alio modo* pene traxerit secum. Verum ego iis etiam omnibus fundamentis solita, debitaque, ac æquiva mihi ingenuitate perpenis non acquiesco. Censco enim hoc quod citatis locis ex 1. Ethic. Arist. dixit, nihil prius præter explanationem materię essentialis, seu necessitatis iustitiæ ab ipso designatæ: 1. Ethic. c. 2. vocibus dati, & accepti addere. Neque enim datum, acceptumque absolute absque absolute talis domini rerum datione, & acceptione esse potest: absolute verò talis domini datio, & acceptio absque eius abdicatione ex parte dantis, & translatione in accipientem esse nequit: quare nihil his terminis additur, sed dati, & accepti absolute talium natura, & essentia explicatur. Aliud, quod Arist. 1. Ethic. cap. 1. vers. medium, & Philosophi addunt, pro materialiter materię, in qua versari iustitia debet (nempe, vt sit velle recipienti) facilius posset ab vniuersalissima iustitiæ commutatiue ratione reici, atque asseri ad iustitiam commutativam inter rationales creaturas tantum exercendam pertinere. Sed de hoc ex instructo q. 2. cert. 2. num. 3. & 4.

4. Secunda species iustitiæ propriæ specialis, & strictæ, vt diximus, iustitia distributiva est. Versaturque in bonis Republicæ, & communitatis, pro cuiusque meritis distribuendis; cum autem merita, non ex præcisa operum quantitate secundum se sumptorum attendantur semper, sed plerumque etiam personæ operantis dignitas ad eorum iustitiam æstimationem; dubitatur: an æqualitas inter meritum, & mercedem illius seruanda mathematica, seu Arithmetica, an geometrica, & proportionalitatis esse debeat? Siquidem, non quantum mathematicè opus sit, sed moralis, ac prudens solum personæ atque dignitatis eius quantitas, & magnitudo ad æquam commensurationem consideranda est, quæ mensuræ mathematicæ, non subiacet, sed solum prudenti æstimationi. Ego verò censco, si in præmium operum bona etiam publica distribuuntur (aliud quippe erit de eis, quæ ob solam dignitatem personarum quandoque distribuuntur, & quæ præsentis disputationis è re non sunt) Mathematicam, & Arithmeticam æqualitatem, valoris meriti operis cum præmio seruandam ex iustitia distributiva, atque dignitatem personæ ad præmij qualitatem solum esse pensandam: quia respectu minus dignæ personæ recte operantis apta præmij materia est quæ respectu dignioris esset inepta. Puta pecunia respectu Gregarij militis

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

strenuè dimicantis apta præmij materia est; secus autem respectu viri Principis, seu Magnatis æquè strenuè in bello gerentis, quem honoris solum præmia decet. Aequè tamen in hoc genere magnitudinis cum præmij pecuniæ Gregario præstandi magnitudine, etsi quandoque præmij quantitas ad qualitatem, & qualitas ad quantitatem trahi ex operantis circumstantiis, & adiunctis possit: vt controuersi, de merito, cuiusque ad supernaturale præmium eleuatione fuscè docui, nec nimis curte controuersi de incarnatione, plures de satisfactione, & merito Christi arduas alias difficultates inde complanans. Quoniam verò præmiorum distribuendorum bona communia Republicæ sunt ex eius iure eam æqualitatem præmij in distributione seruare ex iustitia tenetur distribuens, & nature, & Republicæ lege, atque ex iure inde etiam orto personæ recte operanti præferreque. si præmij vnicui sit competitorique plures digniores, si cuncti & cum plures ad concursum & certamen, siue literarum siue militarie quidam simile pro præmio aliquo consequendo vocantur. Tunc enim digniori iure naturali indispensabili debetur: non autem minus digno, tamen digno; nisi concursus ad examen solius sufficientie sit, vt in præbendis, seu beneficiis patrimonialibus, quæ dicunt, sæpe contingit.

5. Tertia iustitiæ propriæ, & specialis species est vindictiva, seu punitiva iustitia quæ in supplicis iuxta fecerum magnitudinem infligendis, erga iniquos, & prauos exercetur à legitima iudicis potestate, in iudicibus creatis legitima potestas à Republica tandem prouenit, quæ vel per se immediatè, vel per Principem, in quem ipsa ius dicendi, atque gubernandi consultit potestatem, iudicem constituit, cuius constitutione, & acceptatione, manet Republicæ ex iustitia obligatus ad æquam vindictam de malefactoribus per penas iustas sumendam, atque item priuatis personis à delinquente læsis, quarumque proinde interfit vindicta, & satisfactio: quare sic constituto iudici liberum, integrumque non est penam debitam delinquenti non infligere; sed in penæ debite, siue ex parte, siue ex toto remissione in Republicam, & priuatam, si adit, personam delinquentis crimine læsam peccabit contra iustitiam quod ipsum de Republica, si sibi ius puniendi referuat, & de Principe, Regeque, cui etiam ea potestas à Republica facta est, dici prius debet. Ceterum Deo, cui natura sua ac prorsus à lege omni exemplo, nec ab alio, sed à se ipso omnium creatorum iudici, ac Domino, etsi, qua iudici formaliter, ius vindicte malefactorum proprium, & strictum competat, non autem puniendi obligatio, quæ ex iure, vel republica, vel priuata personæ læsæ contra ipsum orti solummodo posset, quod quærit, paratque siue priuata personæ, siue creaturarum vniuersitati à delinquente læsis contra Deum nequit. Vnde fit, vt iudiciariæ huius potestatis diuinæ iurisque supremi vindicandi, atque puniendi delicta exercitium integrum, liberumque omnino natura sit; quin in penarum, siue ex parte sui siue ex toto, remissione delinquenti cuius facta, contra iustitiam, iulve aliquod delinquit; tamen iure suo proprio, & stricto vti contra delinquentes possit, utaturque de facto, cum ex ea iudiciaria potestate fontes puniunt, ac proinde & ius illud, in delinquentes exercet, quod ius hoc proprium Dei contra delinquentes valde à iure priuata personæ læsæ delictis alterius differt. Huius enim ius iudiciarium non est, nec ad malefactorum etiam contra ipsum punitionem, & vindictam, sed pure commutatiue iustitiæ, vt tantundem ei relatiatur, quantum damni passus alterius scelere fuit: ex quo agere coram publica potestate contra sui læsores debet: & quod ad animi cruciatum, coram Deo, qui eius vindictam sibi ad Roman. 12. referuauit illis verbis. *Mibi vindicta, vt ego retribuam dicit dominus*: ne odii, & hostilitatibus, pro animi cruciatu, & dolore vindicando se se homines discerperent, & discerperent; vt contr. de Incarnat. naturalem in æternitate penæ ob mortale quoduis infligenda iustitiam Dei probantes explicabamus.

*Sitnè Dei ad creaturas commutativa
iustitia.*

N in Deo fit specialis propria; & stricta iustitia vniuersum? solet ab aliquibus primo loco disputari. Verum, cum genus nullum (seclusa rationis præfatione, & signamento extra omnes species suas esse possit, nulla alia ratione, an Deo iustitia specialis propriae & strictae, vniuersum fide genericè sumpta conueniat examinari, definiri quæ melius potest, quam omnes eius enumeratas species disputatione fugulatim percutiendo. Si enim nulla enumeraturum specierum iustitia specialis, & propria Deo conueniat, nec genus iustitiæ specialis propriae, & strictæ Deo competere euidentissimum est. Si autem species aliqua iustitiæ specialis propriae & strictæ Deo conueniat, & genus conuenire aequè est certum & perspicuum: cum species fide genere suo nullibi esse vitatens possit. Quocirca merito inuitabilis in consequentia arguitur a Fallojo i. p. quæstion. 21. art. 1. dubit. 1. numero 5. Ricard. in 4. d. 46. art. 1. quæstion. 1. Nazarius i. p. q. 21. art. 1. controuers. vnic. Gonzalez Albelda d. 63. quæ iustitiam speciem propriam Deo vniuersum negant, cum tamen eius propriam speciem distributam ipsi concedant.

*Contradictoriarum sententiarum Patro-
ni, & solida nostræ negantis
fundamenta aliqua.*

1. **I**ustificam commutativam Dei ad homines secundum legem spectari, omnique eius promissione, & pacto cum hominibus seculo nunc Theologorum agnoscit; ac verò supposito iustificam commutativam Dei ad homines afferunt Aureolus in 1. d. 46. art. 1. colum. vlt. & in 4. d. 46. art. vnic. à mod. Supplementum Gabriel. ibi q. vnic. conclus. 2. Capreol. in 2. d. 27. q. vnic. art. 3. vbi in hanc sententiam S. Thom. explicat multis locis, & cum aliis vbi negatium docet conciliat (quam imitatur Sylvestr 1. p. consuatorij qu. 21. art. 2. §. 5. multorum interpretationem ad S. Thom. loca esse dicens. Iussque in affirmantem etiam non obscure videtur iuss. Ceterum S. Thom. & viri huius Thomistæ sententia solum est de æqualitate, quasi quantitativa operum à iusto, & satisfaciende gratia informata procedentium (vt ex locis, quæ latè congerit Falsolus dub. 2. à numer. 26. ad 29. inclusivè legenti constat) quod scilicet etiam promissione præmij gloriæ ea opera habent vñ nos etiam, & negantis sententiæ Primiplus Vafquez nolter fatore. Sæcula autem promissione, nec ius ad gloriam iustis fore: neque Deum cum illis ex iustitia commutativa in gloriæ retributione legere posse concors hominum, & omnium Theologorum sententia est: quare ex veritatis scholasticis pro affirmantē sententia vnus reperitur alter. Pluribus siquidem antiquis, quos Falsolus num. 30. in affirmantē sententiam interpretari conatur, nihil aliud sua interpretatione, & locorum inductione cunctis, quam operum iustorum habere cum præmio supernaturali æqualitatem, eam verò Recentioribus multis expensis fundatam tradidit Soarius nolter tom. 6. de gratia lib. 12. cap. 30. tom. 1. in 3. p. d. 4. sect. 5. & 6. tom. opuscul. select. de libertate diuina d. 2. sect. 2. ac fusa tota d. de iustitia Dei: Rebella 1. p. d. 1. qu. 21. puncto 1. quos imitatur Vallensis 1. de iustit. qu. 47.

fect. 3. *Ragula* 3. p. d. 3. §. 6. d. 20. §. 2. *Grano* *tema*.
tract. 7. d. 4. sect. 2. *Fallius* *tema*. in 1. p. q. 1. r. 1. et al.
dubit. 2. num. 16. *Dicaffilo* de iust. & iure lib. 2. tract.
2. d. dubit. 2. num. 47. *probabile* *enfer*, *Joannes*
Prapostius 1. p. q. *ueltion*. 2. r. *articul*. 1. dubit. 5. §. 2. *veru*
Aduerbe hic ad paragraghi suum. *Didicus* *Rui* 2.
d. §. 8. sect. 1. vt ex variis eius conclusionibus. *Rui* 2.
d. §. 8. et ex fact. 4. ac deinceps conflat, tametsi *specul* *hu*
doctrinae de debito reum promissum non autem promi-
tentis a nobis impugnetur. d. 1. qu. 3. *Tannerus* d. 1. r.
de Incarnacione qu. 2. dub. 6. & 1. p. d. 2. qu. r. *dubio*.
Puente *Hurtado* 3. p. rota d. 12. *Arriaga* 2. tract. 1.
d. 31. §. 1. et 2. ex iactio principio d. 3. de dominio
num in *folium* *simul* circa rem eandem; citatur etiam
a *Tanner* & a *Rui* *sect* 2. num. 3. *Alberici*. tract. 1.
corollar. quelt. 18. *Theolog*. ex 1. prin. *philosoph* *hu*
ex ceteris huic affirmatiuae sententiae adhaerere *Molina*.
p. q. 1. a. 2. *Aluar*. *ibidem* *qu*. n. 33. *Cabrera* *ibidem* *du*.
& §. *Rubensin* a. d. 4. *init*.

21. Sententia Deo commutariū iustitiam ad homines fuit creaturas racionales absolute negans vel potius dubio nobis, & communior Theologis semper licet. Pro qua sunt ij omnes, qui specialem iustitiam propriam que iustitiam vniuersam ad homines negant. Alex. p. qu. 39. m. l. Albert. qu. 80. m. 2. art. 2. p. c. colum. 1. & ad 8. Durand. in 2. d. 7. m. 2. & in 4. d. 46. qu. 1. art. 1. conclus. 3. & Gregor. in 1. d. 17. qu. 1. articulo longe à med. probat. præterit. Maior. in 4. d. 46. qu. vnic. init. Marfil. qu. 18. art. 4. veritas fin. ad obiect. & ad 4. rationem principalem. Scotus in 4. d. qu. vnic. §. de primo videndum iuncto §. ad præmissum. in foliur. 2. Bassolis ibi artic. 1. Supplementum Gabriel. qu. 1. art. 2. conclus. 2. & d. 49. q. 4. art. 3. dubij. med. Trigollus in 2. p. s. Bonauert. qu. 17. art. 1. dubit. Refrant. 1. p. qu. 21. d. 1. Lotca 1. 2. d. 44. de gratia. His præmissis 3. p. d. 8. conclus. 1. solon. 1. 1. qu. pr. art. 4. ad 3. & Medina 1. 2. qu. 114. art. 1. ad 1. & inicio postis & dubio ibi propofito & 3. p. qu. 1. art. 4. dub. vltim. §. ad vltimum argumentum. Vazquez p. d. 8. q. 1. & 86. 1. 2. t. 2. d. 12. §. 3. p. d. 1. d. 76. 9. t. 4. questione 81. artic. 3. dub. vnic. Banno in 4. qu. qu. 21. art. 1. vbi Molina. §. contra adducens & leg. 1. de iustit. d. 7. §. Offensa. Arrubal. 1. qu. 21. artic. 1. §. Ieffus 2. de iustit. cap. 18. d. 8. num. 17. hinc de perfect. diuinis lib. 11. cap. 6. num. 61. & 62. ibidem. cap. 2. Oforius 6. de iustit. Nauarrete tom. 2. in 1. p. controuers. 28. Stapleton. 10. de iustitie cap. 10. id. Nauardus 5. de virtutib. num. 104. Torres 2. 1. 2. num. 1. & 5. dub. 1. num. 7. dub. 2. num. 1. & dub. 2. Ximenes de fide d. 8. dub. 3. & 4. tom. 2. de Sacram. & 1. dub. 4. num. 3. & quorquet Valgren Solucionem hæc hæsticus professi Provinciani noliti ferre ad hæc tempora omnes; in quibus Magnos Magister mouit deducas Daza, aliques plures à nobis recte contrarios; de incarnat. d. 2. questione 1. 2. & certam. 1. Et alii vero 3. qui Deo vniuersim strictam iustitiam non assignant, commutatiuum tandem nobiscum negant. Magist. 4. d. 46. §. sed quodammodo. Question 1. art. 1. conclus. 1. corp. & in 4. d. 46. question 1. art. 1. conclus. 1. corp. circa med. & 1. cont. gent. cap. 95. vili. fin. & cap. 94. Scotus in 4. d. 46. qu. 1. §. Ad præmissum & solut. argument. Ægid. in 2. d. 27. qu. 1. articulo 1. solutionibus argument. Richard. ibi artic. 2. question. 1. ad 3. & in 4. d. 46. art. 1. question. 1. Argenti quæ. art. 1. confone ibi in 2. d. 27. qu. vnic. artic. 1. & 2. & ad 1. Carthus. in 4. d. 46. question. 1. & 2. & 2. d. 27. question. 2. in relat. Iacutarius s. Thomæ refertens Petrum Lombardum & Aristotilem. Caprol. in 4. d. 45. question. 1. artic. 1. conclus. 1. & ad argument. Aureoli contra illam Deza in 2. d. 27. question. vnic. artic. 3. not. 1. Catezan. 22. question. ibi artic. 4. d. 1. Ferrara 1. cont. gent. cap. 91. sed dubium 11. & 8. Ad cuius euidentiam Conrad. 1. 2. question. 11. & 8. artic. respons. ad 2. Sotus 3. de iustitia qu. 1. art. 1. circa resp. ad 1. nat. & gra. lib. 3. q. 1. Ricard. Tapp. 4. & ad 1. de nat. & gra. lib. 3. q. 1. Ricard. Tapp. art. 11. cont. Luther. §. Terria et affluunt alijs modis fide cap. 73. vers. med. §. Ceterum cum dicat & mod. Dionysius reuo Carthusian. & sequent. Verba. lib. 10. in Tridentin. capit. 1. post med. epulse. de iustitia qu. 1.

ad 3. §. Ad confirmationem. Bellarm. 5. de iustificat. cap. 16. sine Arragon. 2. q. 61. art. 4. Zumel. 1. 2. q. 114. ac Interpretes S. Thom. 1. part. q. 2. 1. art. 1. Caiet. & Bann. Peland. d. vn. concl. 3. Gonzalez Albelda d. 63. sect. 1. Ripa. Nazar. & Nauarrete noster Ioannes Præposit. dubit. 1. §. secundo.

3. Ex quorum citatione liquido constat, quantum nostra hæc sententia Deo iustitiam commutativam proprie talem negans Scholasticorum autoritate affirmativæ excedat: siquidem ex Præcis Theologis vnus Aureolus exploratus eius assertor contra reliquos fuit, vixque alter ex æquiuoca aliqua sententia sua alicubi prolata, vtenimque, à Recentioribus induci casso labore pro illa potest, cum eam de iustitia, vt summum, distributivam loqui, & textu ipso, & ex aliis eius locis, vbi de commutativa iustitia ex instituto disputabat apertum sit: vt videre est in Capreolo locis citatis. Sed quoniam affirmativæ sententia Patroni Recentioris S. Thomam distorsit plurimum locorum eius allegacionibus, & interpretationibus in suas partes trahere contendunt. Constanter illum Deo commutativam ad homines iustitiam propriam negasse ostendendum hic erit, & quidem loca omnia, quæ ex S. Thom. pro affirmativa inducuntur iuncta etiam Capreoli interpretatione in 2. d. 27. q. vnica. art. 1. init. dicentis ad Durand. obiectionem S. Thomam in summa distinctionum sententiam negativam hanc mutasse, cum nullus summæ locus id suadens affertur à Capreolo, inane est: quin neque sententia huius negativæ retractationem à Sancto Thoma in summa præstitam Capreolus ipse credidit, cum eo ipso loco, & citato alio, ex 4. sententiarum d. 4. negativam nostram conclusionem vti S. Thom. doctrinam teneatur: loca verò ipsa, quæ ex Sancto Thoma pro affirmativa sententia profertur à Capreolo, & à nostro Falolo vberius congeruntur, solum probant mentem Sancti Thomæ, & Capreoli fuisse operibus iustorum, quæ secundum se, & intrinsecum sui considerata aequalitatem & condignitatem cum supernaturali premio gloriæ non haberent ex sanctitate operantis, & gratia iustificantis informatione aequalitatem & condignitatem sortiri, vt num. 1. dicebamus: quare non inde à iustitia proprietate præmi retributionem desicere, si reliqua ad iustitiæ propriæ speciem aliquam ex enumeratis requisitis non absint; vti ad speciem commutativam in Sancto Thoma sententia absint, absenteque eius argumentis monstrabimus ex locis 1. part. & 1. 2. & 1. contra gentes desumptis, quæ Doctoribus sententia suæ communia, & receptissima sunt, nec leui roboris sui argumento: cum tot, tantisque Scholasticis, tot etiam sæculis, in eius negativam sententiam pertraxerint.

4. Probatur primo ratione Sancti Thomæ 1. p. q. 2. 1. art. 1. corpore, vbi de iustitia commutativa ait. *Hæc non comparatur Deo, quia, ut dicit Apostolus Rom. 2. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei:* Quibus hæc ratio conuenitur, iustitia commutativa Dei ad creaturas rationales necessario, & ex specie iustitiæ commutativæ versari debet inter acceptum prius, & tantundem redditum in compensationem: atqui nihil prius accipit Deus à creatura rationali: ergo neque ex iustitia commutativa potest reddere tantundem. Minor probatur: quia nihil à creatura rationali Deus, casu aliquo potest recipere, nisi bona opera meritoria: atqui hæc non accipit quin prius Deus ipse donet aliquid, ratione cuius (et si alia desicant) ea ipsa honesta opera Deo debeantur, eiusque solentur: ergo nihil accipit prius Deus à creatura, quod solentur deinde, atque ex iustitia commutativa reddere possit. Confirmatur: quia idem ipsum nequit aliquem debitorem alicui, & creditorem illius constituere: atqui bona ipsa opera honesta, & Dei beneficia, ac dona sunt, quæ dubio procul Deo debemus: ergo eis ipse non possumus se videri creditores Dei constituti. Confirmatur secundo: quia neque solutio, neque obligatio ex iustitia propria commutativa oriri, fundari potest in dato, aut accepto creditore, atqui nostra bona, & honesta opera, bona sunt Dei & principaliter, quam nostri: ergo eis nequit fundari, oriri satisfactio nostra, aut obligatio Dei ex iustitia propria, & stricta commutativa. Dices: opera nostra honesta ex domino & potestate indifferenti atque bono vti arbitrij nostri

gratiæ auxiliantis procedere debere, de factoque procedere: quia ratione à nostra etiam libertate sunt. Deoque exhibentur, nec ea ratione, & denominatione à Deo, cuiusque gratia proveniunt magis, quam operatio, seu effectus à duplici principali principio, seu agente essentialiter subordinato inuicem in operando, quatenus ab vno est, ab altero cum principio sit, aut esse ab illo dici queat. Patet in visione quavis à potentia, & obiecto, siue immediatè, siue mediis speciebus, tanquam à duplici partiali agente, siue principio essentialiter subordinato inuicem in elicienda visione: quæ quidem, vt ab obiecto est, non est à potentia, neque è contra, vt à potentia esse ab obiecto dici potest. Et quidem, si etiam, quatenus à nostro arbitrio bonoque vti nostro gratiæ auxiliantis, ab hac & Deo opus nostrum venire proximè, & formaliter censetur, & quid laudis, meriti que nostri in bonis, ac honestis operibus erit, quod Deus, non quidem ex iustitia propria commutativa, sed ex quavis alia virtute præmier in nobis? Siquidem, vt à gratia Dei formaliter opus nostrum honestum est, meritum apud ipsum, nobisque nostræque industriæ ad laudem imputabile non est: atqui, vt à nobis etiam proximè, & formaliter honestum opus nostrum, iuxta argumenti huius doctrinam, est à Dei gratia est: ergo nec meritum apud Deum, nec nobis ad laudem imputabile est, quod est erroneum.

5. Nihilominus solutio hæc eis etiam instantis, & exemplis confirmata nullius est ponderis: etsi enim in principijs, & concausis subordinatis essentialiter in operando, atque vno solum eodemque gradu ad operationem, & effectum concurrentibus propria cuiusque in suo ordine virtute, atque in illa ab alterius virtute independentibus, verum omnino sit: effectum, & operationem, vt ab vno principio est, & procedit, nec esse, nec procedere ab alio, vt visionis exemplum euincit; ast in iis, quorum alterum principium non in operando in actu secundo solum, sed in actu etiam primo subordinatur, verum non habet. Tunc enim nequit ab ita subordinato principio operatio, & effectus procedere, quin vt ab eo etiam proveniunt, ab illo alio principio, seu principio, cui ita alterum subordinatur, proveniant. Sic autem res habet in arbitrio nostro respectu gratiæ auxiliantis diuinæ, quæ etiam posse bene operari iuxta fidei dogmata completur, & cuius vti arbitrio nostro committitur: quare & implicat bonum arbitrij nostri vsum esse, quin, & gratiæ quæ in actu primo completur bonus etiam vti sit: quin neque aliter, nisi per bonum arbitrij, cui, quæ tale quoad vsum sui, gratia auxiliantis committitur, potest ad bonum, & honestum opus Dei auxilium concurrere: quare cuiusmodi opus, pro vi ab auxilio arbitrij vsum, & industriam non excludit, sed includit: nec huius vti, & industriæ gratiæ in ipsum excludit, sed includit influxum: quare, nec laus, & meritum nostrum in bono opere euacuat. Cum autem, & gratia auxiliantis omnis à Deo, Deique sit, & ex qua bonus arbitrij, & gratiæ vti absolute erit, ex scientia huius conditionata Deo nobis donetur, & bonus ipse arbitrij, & gratiæ vti honestumque opus physica eius auxilij donatione merito, morali, prudentique omni estimatione donari nobis à Deo censetur, in radice bonæ vocationis, vt ex Augustino, & aliis Patribus Theologi omnes fatentur, voluisseque Deum misericordem, vt indefectibiliter præmianda merita nostra sint, quæ sunt ipsius dona, cum libere atque è sua in nos benigna voluntate illis vitæ æternæ premium promittit, quod tamen absolute posset denegare. Adde (quod adeo exacta, & subtili concursus gratiæ & arbitrij nostri in opus honestum indagine ex Patribus & Scholasticis opus non habet) honestum quodvis opus nostrum, & Dei, & nostrum indiuisum opus esse: cum essentialiter, & gratiæ Dei, & arbitrij nostri opus procul dubio sit ex fidei dogmatibus: eo autem, quod indiuisum essentia sua bonum virtutis est in sui positione, & absolute exhibitione, nequit in eius, ex parte adhuc sui, exhibitione, alterius creditor strictus fieri, illumve strictum, & iustitia præsertim commutativa, debitorem tenere, vt de se patet: atque exemplo bonorum, quæ plurimum pro indiuiso necessario sunt, ac permancant (quibus nullus aliis simul dominis satisfacere ex iustitia,

Cc 3 solve

colle debitorum tenere potest, ni partiali se dominio abdicet (certissimum est: abdicatio vero in presenti est impossibilis cum nequeat non bene operans ex parte sui ad bonum opus, cuique positionem concurrere idve in Deum transferre, nec bonum opus absque concursu Dei per gratiam exhibere. Hoc autem argumentum ex necessitate concursus generalis Dei vult causae primae, a quo robore formatur, siquidem eo etiam titulo indivisum realiter sibi exhibere debet, quod à quavis creatura exhibetur, ac ponitur indivisum.

6. In hac essentiali iustitiae commutativae dati, & accepti conditionem imbibitam esse diximus abdicatio- nes dominij ab eo, qui ex iustitia, praesertim commutativa, aliquid dat, & transmutationem dominij in eum, qui ex iustitia illud aliquid recipit. Vnde efformari va- lidum aliud argumentum pro nostra negativa conclu- sione solet, sed cuius tot affirmativae Patroni effugia ten- tarint, ut eis pracludendis certamen integrum secundum nec admodum brevis opus sit. Idcirco brevius arguo se- cundo cum Sancto Thoma 2. contra gent. cap. 93. & aliis locis citatis, & Theologis omnibus antiquis: quia de ratione essentiali iustitiae propriae, & praesertim com- mutativae debet esse in altero ius proprium, ex quo rem possit per sua voluntate & arbitrio exigere ab altero, sique debeat reddere debitum ad nutum alterius, ne sit iniustus erga illum: atqui Deo repugnat debitorem esse tale strictum debitum habere rationali creaturae: ergo & repugnat Deo iustitia propria commutativa erga crea- turam. Minor probatur: quia tale debitum strictum, & proprium iustitiae, ex iure stricto alterius contra ipsum dicit in eo subiectionem, & dependentiam à voluntate alterius, scilicet creditoris habentis ius in illum, ut red- dat, quod ipsi debet: quod propterea Deo repugnat in illa circumstantia, coniungendo rerum convenire. Dices: debitum, subiectionem, & dependentiam illam à vo- luntate alterius in debito reddendo, ne contra iustitiam, & iniuste agat, & qua subinde ab illo omnimoda ne- cessitate impeccabilis omnino Deus agatur, naturalem quidem, siue è superiori lege provenientem imperfec- tionem Deo indignam cuiusque perfectionibus repu- gnantem esse: at, si è libera Dei voluntate promittendi proveniat, nihil Deo indignum, atque eius perfectioni- bus repugnans involvere: id enim solum est, ex libera sua voluntatis determinatione pati necessitatem Deum posse, quam saepe de facto patitur (nempe ex efficaci- nis alicuius intentione electionis necessitatem) reddendi promissa. Sed contra: quia necessitates istae ex intentione efficaci finis ad electionem, & ex promissione ad promissa solum dicunt necessitatem ex Deo intrinsecis per- fectionibus infirmitatis diuinae voluntatis, & veraci- tatis, seu fidelitatis, & libertate affectus intrinseci Deo: quare solum à seipso & libertate voluntatis suae, suisque perfectionibus, & decentia propria necessitatur Deus; at debito proprio iustitiae ad alterum admissio, ortoque ex iure alterius admittitur ad alterum subiectio & dependentia ex stricta ab alterius voluntate, quae est libera promissione tandem proveniant, imperfectionem dicunt Deo indignam. Confirmatur: quia implicat li- bera & expresse voluntate Dei posse Deum subiectum creaturae, & ab ea absolute dependentem se constituere: quia essentia sua independens ab ea illique superior est: quare voluntas illa esset de obiecto contradictoria, & subinde impossibilis: ergo implicat se constituere à libe- ra adhuc promissione sua debitorem propriae & strictae respectu creaturae in quo & subiectio, & dependentia ab huius voluntate continetur.

7. Argumentor tertio: implicat debitum proprium, etiam ex promissione, alicuius rei ad alterum in eo qui absque huius alterius iniuria & iniustitia re eadem vi pro libito potest: atqui Deus vi pro libito potest rebus, & creaturae rationali adhuc promissis, absque iniuria, & iniustitia creaturae facta (etsi ex debito decen- tia veracitatis suae absolute promissis rebus vi nequeat eas non praestando) ergo Deo implicat debitum prop- rium creaturae adhuc ex promissione. Minor probatur: facta adhuc promissione à Deo de re quavis praestanda creaturae, stat dominium absolutum & supremum ab ipso inabdicabile, atque intransfribile in creaturam rei illius promissa: ergo, & potestas utendi pro libito

re illa, eam vel praestando, vel denegando promissariae creaturae absque iniuria, & iniustitia in creaturam promissariam. Consequentia certissima est. Antecedens probatur: implicat alicuique iniuriam, seu iniustitiam alicui irrogare in usu, & exercitio iuris sui proprii, ac legiti- mae potestatis: At denegare rem promissam creaturae, est vltus iuris, & legitime potestatis diuini supremi à Deo inabdicabilis, & in creaturam intransfribilis, atque atque illam praestare creaturae promissariae: ergo implicat in rei promissae denegatione à Deo irrogari iniuriam, & iniustitiam promissariae creaturae. Minor pro- xima probatur. Nam dominium Dei supremum inab- dicabile & intransfribile in creaturam, est dominium & ius, seu potestas utendi creatis rebus omnibus, & singulis in omnem earum usum, tam productionis & con- servationis, quam non productionis earum cum omnes vltus indivisibiliter, non solum physice (quod satis ad rem praesentem foret) sed, & metaphysice, indivisi- biliter concernens, ut docuimus de omnipotentia, atque omnibus attributis diuinis vniuersim t. i. d. 4. de essentia & attributis, atque t. hoc 2. controu. 4. de voluntate: nimirum, eorum singula in omnes terminos, & actus possibiles eadem metaphysice adhuc, in seculum ac indivisibili formalitate ferri: quare facta impossibili ten- dentia, seu extensione illius ad aliquem terminum, aut usum absolute possibilem aliunde, quam positione ter- mini, aut vltus oppositi absolute impossibilis, aut obli- culo alterius perfectionis diuinae intrinsecae proinde Deo attributum diuinum pessumiret: implicat ergo per ius intrinsecum creaturae adhuc promissione, quatenus contra Deum, usum denegandi rem promissam fieri iuri & Dominio Dei formaliter impossibilem, quin supre- mum, & inabdicabile Dei dominium in omnia, & singula creata pereat: etsi non pereat ex eo quod è Dei intrinseca decentia & fidelitate ex promissione diuina eiusmodi vltus impediatur.

8. Arguo quarto: quia vel promissio Dei vi sui & decen- tia sua ius strictum contra Deum creaturae patit, atque respondens ipsi debitum strictum creaturae (nec solum sibi ipsi, ac decentiae suae) ponit in Deo, vel non ponit ac proinde, nec ius strictum quaeritur creaturae contra Deum ex promissione sua. Si primum: ergo ex promissione diuina de praestanda gratia iustificatur, vel gloria meritis solum de congruo peccatoribus ius huius strictum contra Deum quaeritur ac debitum etiam strictum ipsi reddendi Deo agnoscitur: ac proinde ex iustitia propria commutativa eas Deus retribuet contra affirmantes decen- tia praecipuos Recentissimos Patrones, Ruiz & Azua sect. 10. Fasolum dubitat, numero 7. Ariagum d. 11. sect. 3. sub sect. 1. §. Conclusio nostra argumentum peto ex Tridentino: addentes gratiam penitentiae non dari ex fide ipso iure, ac debito Dei, vi promissionis illius; ac proinde, neque, huius accessu meritis congrui, esse propriae coronam iustitiae, mercedem, aut bñficiū, vi esse respectu iustorum bene operantium, & merentium de condigno dicitur à Tridentino: ergo vi & essentia promissionis diuinae, nec quaeritur promissariae crea- turae ius strictum contra Deum, neque huius aduersus ius strictum promissae. Nec valet requiri debitum iustitiae praestandi promissa. Nec valet requiri ultra promissionem operum quibus promittitur iustifi- cationem ex operantis iustitia, & sanctitate condignifi- cationem. Primo: quia in pluribus ita respondendum ten- tentia, absque promissione condignitas operum iusti- tiae operantis non est. Secundo: quia, etsi condignitas in eius operibus sit citra promissionem, vi vere est: at ius nullum ex ea condignitate strictum contra Deum quaeritur iusto bene operanti: quare totum hoc ius, & debitum strictum è sola diuina promissione orti debet. At oritur, unde, & ex promissione facta à Deo operibus de congruo: nam ius ex promissione ortum totum æqualitatem cum re promissa habet, vi, tantillo etiam minori re, quam promissa ei nequeat satisfieri: æquali- tatem autem cum premio operum de congruo solum praes- tat, ut merita illa à premio non excedantur iustaque sint, ac proinde de materialiter iusta & iustitia opera materia de se sint, si strictum ius operantis, & debitum praemiantis adellet & ex promissionis essentia, & natura proveniret: quae inde provenire non posse ex natura promissionis

missione facta à Deo meritis de congruo hætenus in aduersarij doctrina probatum est.

9. Confirmatur: quia promissio à persona debiti stricti capaci facta alteri copaci iuris contra illam non pendet quoad iuris, ac debiti inter illas inductionem ab æqualitate rei, seu operis exhibendi ab eo cui sub illo promittitur cum præmio, seu re promissa: quin ex gratuita omnino & liberali promissione, ac nullatenus onerosa strictum contra promissorem, & in hoc debitum strictum præstandi promissa necessario suboritur: Atqui per vos ex promissione Dei de aliquo præstando sub conditione operis meritorij de congruo, ac non de condigno: & multo magis ex promissione eius profusus gratuita & liberali non oritur in creatura promissaria sub strictum contra Deum promittentem, neque in hoc debitum strictum iustitiæ, sed sibi solum, decentiæ & fidelitatis ad præstandum promissarium rem promissam: Ergo promissio, siue gratuita, siue onerosa, Dei ad creaturam non inducit ius creaturæ contra Deum, nec in hoc debitum creaturæ: quia hic eius debiti, ille vero iuris eius incapaces sunt. Porro hoc argumento ostenditur: quare, & quomodo Deus ex promissione sua, etiam onerosa, debitum solius fidelitatis, non autem iustitiæ contrahit: id quod imperceptibile citati nuper aduersarij censent, & ex negatiua nostræ sententiæ Patronis fatetur noster Ioannes Præpositus: sicut enim per hos Doctores cum promissio Dei de præstando aliquo sub onere operis non meritorij de condigno, ac multo magis profusus gratuita, & liberali, ac nullatenus onerosa, intelligi potest (contra id quod in promissione creaturæ rationalis ad aliam certam ac statam euenit lege) Deum solum ex fidelitate, & siquæ ex decentia sua manere obligatum non autem creaturæ ex iustitia iure huic contra ipsum ex ea promissione quæsitio, debiteque ipsius præstandi promissa suboritur: quod, nisi ex incapacitate iuris eius in illa, ac debiti stricti creaturæ in Deo, nequit provenire, idem ipsum cum Dei promissio sub onere meriti de condigno, & æqualis rei sub illo promissæ euenire facile percipi potest: immò, & intelligi debet; cum solum ex præfata incapacitate proveniat. Vnde etiam fundamentum totum aduersarij doctrinæ ratione ex natura, & vi promissionis penitus euascescit vt patet.

CERTAMEN II.

Eiusdem negatiue conclusionis probationes reliquæ.

1. Si probatio quinta (quam certamine 1. numero 6. hic remissimus) ex natura dati & accepti: in qua abdicationem Domini rei datæ in dante ex iustitia, eiusque translationem in accipiente diximus contineri q. 1. certam. 2. num. 3. vel si maius, inseparabiliter, atque inseparabiliter illam comitari ac sequi: vt proinde in ea virtualiter contineatur. Ratio est, quam ibi insinuauimus: quia implicat rei absoluta donatio consummata, & perfecta cum dominio absoluto ex parte dantis. Ergo implicat absoluta donatio consummata, sine abdicatione domini ex parte dantis, & translatione illius in recipientem, aliqui dominium absolutum rei absolutæ, & consummate donatæ in dante persisteret simul cum dominio absoluto rei eiusdem ex parte recipientis absque repugnantiā quam in minori syllogismo primi asseruabamus. Probatur autem hæc minor, ex iuris axiomate, quo illam probabamus controu. de Incarnat. d. de necess. Incarnatiōis ad satisfactionem pro mortali peccato de rigore iustitiæ: quia, si rei eiusdem dominium absolutum ex parte recipientis implicet cum dominio absoluto ex parte dantis circa rem eandem absolutæ, & consummate donatæ, non implicabit dominium in solidum rei eiusdem penes duos simul, vt patet: ergo implicat dominium rei absolutæ, & consummate donatæ ex parte recipientis, cum rei eiusdem absoluto dominio ex parte

dantis. Maior iuris axioma est: quod ad eius firmitatem satis esse deberet, si Recentiores, plusquam oporteat, licetque illius firmitatem subtilitatibus (nescio an subtilitatibus) tentare, imò & illud amouere fuissent aggressi: quos tamen loco citato de Incarnatiōe satis impugnauimus, ubi eorum subtilitatum paralogramas deteximus.

2. Probatur tamen ratione à priori ibidem data, & domini absoluti essentia, & statim definitione ex qua proxime Axioma illud iuris deductum est, atque immediate demonstratur: *Dominium rei absolutum, seu in solidum* (quod vocant Iurisperiti) est facultas utendi illa pro libito, & independenter ab alterius voluntate, & consensu in omnem eius usum absque iniuria alterius, siue, quin iuri alterius in aliquo rei illius usu derogetur. Atqui, si rei eiusdem dominium absolutum, seu in solidum penes duo simul esset, neuter pro libito, & independenter à voluntate, & consensu alterius posset absque eius iniuria, siue, quin eius derogaret iuri, re illa in omnem eius usum, imò & qualemcumque, vt: posset enim alter velle ex iure suo rei usu impossibili cum usu alterius re illa vi: equum v.g. quiescere, vel illo equitare, cum eodem equo equitare alter Dominus vellent: neuter ergo Dominus eiusdem rei simul esset. Definitionem hanc Petrus Puente Hurtado de Mendoza (primus duorum Dominorum in solidum rei eiusdem simul inuentor) vitiōsi circuli arguit, ne saltem inoffenso ad suæ conclusionis curreret cunctationem, eius tamen substantialem conceptum negare ausus non est: quod satis ad eius conclusionis confirmationem erit: ipse vero, & eius in ea sententia asseclæ, ac nonnulli sententiæ aduersæ, aliis, atque aliis quicquæ vocibus suas definitiones domini tradant, vt circuli vitium obiectum declinent, alij vero circuli calumniam multis à communi definitione propellunt, eoque grauissimæ de re controuersie magnam partem diuertunt, vt videre est in Arriaga d. 30. lect. 1. Sed, cum de re, & substantia domini conueniatur, nihil de eis curandum, sed concludendum ad rem præsentem argumento hoc. Implicat ratio dati absoluti, & accepti absque abdicatione domini ex parte dantis, & translatione illius in accipientem: alij implicat ex parte Dei dantis creaturæ domini in rem datam abdicatione, & translatio in creaturam recipientem: ergo implicat Dei ad creaturam vera ratio dati, & accepti: ac proinde iustitia commutatiua, quæ absque dato, & accepto proprie & absolute dictis esse non potest.

3. Argumento diluendo variè aduersarij definitionem domini absoluti, & in solidum explicare, ac distinguere tentant & inde ductum axioma iuris præfatum (non posse scilicet eiusdem rei dominium absolutum seu in solidum simul penes duos esse) vt absque abdicatione domini rei datæ ex parte Dei dantis & translatione in creaturam recipientem propriam dati, & accepti rationem, quare & iustitiam commutatiuam inter Deum, & rationales creaturas intercedere posse tueantur. Primò aiunt in Iurisperitiam, eiusque principia reuerentiores ex aduersariis, præfatum domini in solidum definitionem intelligi debere quoad illam particulam *absque iniuria, seu, quin derogetur iuri alterius in usu rei absque eius consensu; imò cum eius venientia de iure eius Ordinis, & æquali cum iure domini alterius absoluti, & in solidum rei illius; secus de iure ordinis Superioris excedentis, & excellentioris, seu eminentioris in rem eandem, quale est diuinum. Ex quo inferitur legitime, non posse dominium in solidum, & absolutum ordinis eiusdem penes duos esse simul. At verò dominium absolutum Ordinis eminentioris, & excellentioris in vno cum dominio Ordinis inferioris circa rem eandem in altero simul posse, imò & debere, consistere: & quidem definitio domini absoluti, & in solidum, indeque iuris axioma deductum de dominio gentium, & ciuili, quod æquale, eiusdemq; Ordinis in quouis homine cum dominio alterius fit solummodo sunt: quin de Dei dominio superiori cogitaretur: imò nec de dominio alto Regis, quæ supremus Dominus est, ac non, vt priuata persona Reipublica, comparato cum dominio basso priuatarum illius personarum: sed nec cogitari potuit: cum circa rem eandem in Deo, & in Principe absolutum*

absolutum superioris Ordinis dominium simul cum Dominio absolutum Ordinis inferioris in reliquis hominibus explorato consistit: inde verò opus est ad rationem propriam rei à Deo absolute & consummate datæ, atque à creatura acceptæ dominij Deo proprii, ac diuini abalicatione, & eius in creaturam translatione vtrique repugnantibus, & dari à Deo nobis plura absolute data, & à nobis accipi, certum ex fide, & ratione est: indeque nobis dominium absolutum, & insolidum suboritur non minus, quam coram, quæ nobis ab aliis hominibus donantur equè ferè est certum: alioqui ex fructibus, qui nobis à Deo dantur, aliquid ab aliis nobis subripi peccatum non esset, & tamen cum ea omnia nobis à Deo dantur, eorumque dominium acquirimus suo ferè domino non abdicant, ac æque in nos illud transfert Deus, sed & nostrum inferius, & Dei supremum in Dei dona illa simul perstat.

4. Huic rationi & solutioni multifariam instructa in iuris principia obseruantiores meoque iudicio Sapientiores aduersarij Recentiores insunt demum: ex quibus susus, & melius Falolus citata dubit. 2. numero 36. exemplo causalitatis vniuersalis Dei, quæ causalitates particulares casualium secundarum non excludit illam confirmans: imò neque in omni iustitia commutativa humana necessariam esse dominij abdicacionem ex parte vnius, cuiusque in alterum translationem ait: vt patet inquit in mutuo, pignore, deposito, & commodato. Hoc autem postremum parum præstat, etsi enim rei ipsius nonnullis ex his contractibus dominium non transferatur in alium, aut alicuius actionis, illius in quæ actio ex his contractibus alteri paratur, etsi transeunt, dominij transferendum est, vt patet neque; aliter spectare ad commutativam iustitiam creatæ possunt sed nec primam soluit difficultatē. Nam, etsi donatorum à Deo absolutum dominium adquirat creatura recipiens æque, atque donatorum à creatura alia, insufficienti tamen dominium est ad iustitiam commutativam dari, & accepti inter Deum & creaturam fundandam, etsi ad eam fundandam inter creaturas satis sit. Etenim manente in Deo dominio superiori, longèque excellentiori, ac supremo circa rem ita donatam creaturæ, nequit ex illo creatura vt re donata independentē à consensu, & voluntate Dei, & citra iniuriam, lacionemque iuris Dei vlti creaturæ de re illa renuentis: quin nisi ex consensu Dei positio, vel permissio vlti illius re sibi, etiam à Deo donata, vt potestate iuridica, imò nec physica, nullatenus creatura potest: in eo quippe supremum, creatore excellentius longe, & superius stat, vt dominium creaturæ in omni, ad omnemque licitum rei ex vlti iure etiam subdatur diuino; hoc verò nullatenus, neque ad licitum, & citra iniuriam creaturæ, rei vlti à creaturæ eius Dominæ voluntate dependeat: quare implicat ex acceptione rei à Deo, indeque orto eius dominio, in creatura satis esse dari, & accepti, & dominij vt inter Deum & ipsam iustitia commutativa intercedat: hæc siquidem talem rei acceptiōnem indeque ortum dominium requirit, vt ex eo accipiens à consensu alterius, respectu cuius ipsi iustitia commutativa cum illo intercedit nullatenus ad licitum rei vlti dependeat imò illo renuente, possit ex iustitia, & iure dominij rei ab ipso etiam acceptæ agere contra illum: quod ipsum in dominio alto Regis, aut Reipublicæ ad communia: huius commoda necessaria in bona priuatarum eius personarum eorum dominium basium habentium proportionē seruata vlti venit.

5. secundo solutionis eiusdem insufficientia constat ex parte acceptiōnis Dei à creatura ad iustitiam inter ipsos requisitæ, & dominij in Deo per illam recipiendi, quæ omnino deficiunt. Etenim nihil potest Deus recipere à creatura, quod compenset, quove eius data compensentur (nihil vquam, nec solum nihil vtile, aut commodum sibi, sed absolute & omnino nihil) aut ad necessarium prorsus est, vt inter vtrumque iustitia commutativa intercedat: ergo implicat hanc intercedere inter vtrumque. Negant aduersarij maiorem, quia bona opera honesta (quæ hominis, etiam supposita gratia Dei auxiliante, & libera sunt, nec, nisi ex hominis libertate, & potestate ad vtrumvis poni, Deoque exhiberi queant) ab hominis voluntate & potestate in-

differentē ad illa ponenda, & non ponenda ponatur: sine quorum positione sub dominio Dei non cadere, nec venire vquam possent à Deo accipi. Contra vero est: quia ad rationem dati, & accepti ad iustitiam commutativam necessariam, datio solum physica, ac physice libera dari, & ab alio accepti, sine, quæ ex physica solum potestate dandi, vel non dandi, seu agendi, & non agendi prouenit, satis non est, nisi ex moralis iuridica, vt sic loquar, & ciuili potestate dandi alteri, cuiusque dominio, quod licet, & citra eius iniuriam possit pro libito sibi retinere, atque alteri non dare proueniat: atqui, etsi ex physica arbitrij libertate & potestate physica indifferenti voluntatis honesta opera, ita ab homine physice apponantur, vt possint physice non apponi, ac proinde nec Dei dominio subiacere, at non ita ex moralis iuridica & ciuili potestate Deo ab homine exhibentur, vt ipsi non dare, ac sibi suoque dominio, & vlti ea referre illa homo possit: quin semel eis physice ab homine positis, vel, nobis homo, illa sub Dei dominio cadunt: Ergo nihil prorsus homo Deo dat moraliter, & ciuilitate, sive ex iuris sui potestate, ciuili iuridica, & moralis vt dati, & accepti ratio necessaria, & essentialiter requisita ad iustitiam commutativam inter ipsum & Deum reperitur.

6. Subsumptum antecedens constans est apud omnes, atque exemplis, ex quibus nostræ negatiue conclusionis Patroni arguere à paritate contra affirmantes solent, perspicuum, quorum robur principio nostri huius subsumpti innititur: cuius veritas si ablit, nec exempla vera essent, nec si aliunde vera essent, paritas teneret. Etenim etsi seruus Religiosus, & filius hoc vel illud agendi, & lucrandi in domini Religiosis, & Parentis commodum, & vtilitatem, vel etiam non agendi, & lucrandi physicam arbitrij sui libertatem, & potestatem habeant, ac non agentibus liberè illis, nihil operum illorum dominio, & vtilitati, Domini, Religiosis, & parentis subesse: quia tamen ex moralis, ciuili, & iuridica potestate serui, filij, ac Religiosi: qui ea sibi licet, & citra illorum iniuriam referre possunt, cum illis ea exhibent minime eorum positio sub illorum dominio non prouenit, sed præstatio seruo, filio, ac Religioso, nolentibus sub illorum dominio veniunt, nequit inter vtriusque ratio dari, & accepti ad iustitiam commutativam necessaria, & essentialiter requisita inueniri, ac proinde nec iustitia commutativa inter eosdem intercedere: firmum ergo, ac certum subsumptum illud antecedens est. Scio Falolum, & alios paritati ex seruis, & filiis respondere: inter filios & parentes de bonis Caltrensis, & quasi, & inter filios emancipatos posse iustitiam commutativam inueniri: atque inter seruos quotidie cum Domini iustitiæ pactum inueniri: quo operas Domini serui liberæ relinquant, vt se alant, & sibi licentur quotquot tantam summam, vel paulatim, vel simul fixo tempore Domini pro libertate appendant. Sed instantia hæc, & similes nec vrgent nec argumentum debilitant. Sunt enim ex dominio, & iure Dominorum pro eorum arbitrio abdicabili, siue, quoad aliquos, siue quoad omnes operas serui, quarum abdicacione à Domino facta per pactum illud serui dominio tam ille, quam illorum lucra iuridico, & ciuili sunt: ac proinde potest cum Domino ex iustitia contrahere, ac pro sua libertate pacisci. Bona item Caltrensis, vel quasi, filij, & tris bona ex iure non sunt. Deus autem ita omnium nostri, & operum creatorum essentia sua physica Dominus supremus est, vt nullus possit se domino abdicare nec aliquid in se, & in rebus absolute esse: quin illius dominio subiaceat: illud de emancipato filio nihil firmum assert: & aliud de morali, ac ciuili diuisione filij à Patre cum quo ante emancipationem eadem censetur pactum addit, quod præsentis difficultatis non est: quare multis super eo replicis, solutionibus & instantiis Recentiorum apud Arriagam abstinco.

7. Petrus Hurtado de Incarnacione d. 12. sect. 7. & §. 36. ac deinceps vsq. ad 78. VVadingo dubit. 7. & Dubit. 10. & d. 21. dubit. 4. §. 1. part. 2. dicit secundum Arriagam part. 1. d. 30. sect. 2. a subsect. 2. consensu axioma illud iuris de impossibilitate dominij absoluti & in solidum erga rem eandem penes duos simul falsum esse, atque in omni donatione consummata per acceptiōnem rei necess-

fario deficere: cum in eo instanti quo acceptatione donatio consummatur dominium rei donatæ absolutum, & in solidum nec possit non inquiri, in donante simul pro eodem instanti etiam esse, cum domini actus donatio sit, qui sine dominio, quod eius potentia, & principium actuum est, esse non possit; nec subinde actus potentia suæ destructus esse queat: quod argumentum etiam stomachatur nimis noster Cardin. Lugo d. 19. de Incarnat. & Bernal. d. 7. variisque impugnationibus, & instantiis, tam illud quam conclusionem repellere conentur atque illius pondus eleuare. Succumbunt tamen deprimunt, ut videmus controu. 2. de Incarnat. d. 1. q. 3. cert. 3. n. 1. Recentiores alij alias argumento huic solutiones tentant quas eo cert. num. 3. satis confutauimus, memoratque, ac refellit Ariaga cit. sub sect. 2. num. 7. a §. Huic argumento vique ad §. forte aliquis 4. quoad conclusionem horum Doctorum negantem vniuersim iuris principium de impossibilitate domini absoluti, & in solidum penes duos simul circa rem eandem demonstratiue pugnantium à nobis & domini absoluti, & in solidum essentia ac definitione, cum hic n. 2. tum citato cert. de Incarn. n. 1. ubi illi euasione quæ pro presenti quæstionari posset (est conclusio vniuersim negatiua, & argumentum pro ea factum minime ea euasione deferretur) occurrunt. Nempe dominium Dei perscrutare absolute, & in solidum simul posse cum domino in solidum creaturæ circa rem eandem: quia scientia sua Deus facere potest, vt in omnem quem ipse velit, rei vsum annuat domina creaturæ. Etenim potestas vtendi rei pro nutu tandem alterius sine eius iniuria potestas domini in solidum, & vtendi re independentem à voluntate alterius, imò altero etiam regnante circa eius iniuriam non est.

8. Quoad Sophistici autem argumenti solutionem eam excogitauimus cum prælo controuersias de Incarn. pariteremus, quam postea Ariaga §. ito forte aliquis quæstio formulo excogitabilem, ac statim vt improbabilem rejicit, nosque adhibuimus citato loco de Incarn. cert. 4. n. 1. eis fundamentis innixam, quæ, & eis satis probabiliter faciant, ac plus satis præstatum argumentum, seu potius Sophisma debilitent: cui vel ideo aduersarij minus fidere præstiter debent: quod non ex peregrino aliquo, raroque contingenti casu, sed ex temporum, & inopinato circumstantiarum occurru, qui pollet proinde tot sapientissimos Philosophos Iuris Consultos tunc latere, cum axioma iuris illud concordet statuerunt, sed ex frequentissimis, & barbare etiam, notissima donatione, & contra actibus quotidianis emptionibus venditionibus, locationibus, conductio- nibus petetur: in quibus axioma, & principium iuris deficere valde iuri ipso, ac Iurisconsultis sapientissimis foret iniurium. Respondi ergo citato loco de Incarn. cert. 4. n. 1. & nunc iterum respondere principia actionum moralium opus non esse, vt cum his persistant, & coexistant simul: vt ex principis moralibus gratia, Sacramentis nempe, quorum vix aliquid, & quod solum effectum non causatione causare potest) gratia effectus, atque eius productioni coexistit: cum verba successiue prolata fere omnia transferant, cum gratia siue effectus quivis alius Sacramenti per illa constituti producantur: & in dominio, cuius actus, seu actiones eius destructivæ aliquot sunt: vt donatio, & destructio rei, cuius dominium habetur, est adhuc apertius: cum re destructa illius dominium simul adhuc pro vniico instanti persistere, vel ipsi terminis implicationem præ se ferat: nimirum Dominum absolute ea in solidum quæpiam, tunc esse posse, cum res absolute non existit, quod ipsum de instanti primo alienationis rei per gratuitam donationem, vel onerosum contractum emptionis, venditionis appareat vt enim rem secundum se non destruat donans, vel vendens, destruit sibi cum eam eis actibus alienationem antecessisse, ex quo pro instanti donationis illud conservandi per negationem destructionis, seu donationis rei, vel amittendi per rei destructionem, donationem, aliamve eius voluntariam alienationem integra, ac libera voluntati Domini potestas est.

9. Porro, quæ contra hanc solutionem ex actus & potentie physice necessaria simulat obicit, & replicat Ariaga adeo ex dictis euasunt, vt ne commotionis quidem opus habeant: imò nec de physica

Christoph. de Ortega, de Deo Pro. Tomus II.

actibus & potentis adeo explorata vniuersim sunt, vt eo cert. 4. ostendimus: quæ vero ad argumenti confirmationem addit, nihil præter verba & formas arguendi demum ponunt: quare nec proponenda hic fuerunt, vt soluerentur. Illud denique contra hanc instanti inter Deum, & homines commutatam, ex Dei promissione orta assertionem omittendum non est, quod ex aliquibus Doctoribus citata controu. 2. de Incarnat. 1. proponebamus. Nempe ex debito iustitiæ in Deo orto ex sua promissione creaturæ facta inferri maxime sub onere alicuius à creatura præstandi inferri, Deum famulum, & locatorem operæ suæ fieri posse creaturæ, & operæ quidem, cuiusvis sordidæ, & vilissimæ: eo autem semel admisso, & omnium suarum operarum, actuumque, interiorum creaturæ commodorum pro huius nutu posset se illi debitorem etiam constitutere: quare & se illius seruum, & mancipium, empirico magis (hoc enim suorum actuum interiorum dominium à Domini nutu, & iure independentem habet) fieri creaturæ: id quod, vel aures horrent ipsæ Ariaga d. 3. t. sect. 3. sub sect. 3. à versu, *Tertia obiectio*, respondet: horrorem quidem vocibus solum, & auribus esse non in re per illas significata: siquidem debitorem Deum creaturæ esse promissa præstandi, vno titulo fidelitatis, vt admittimus, vel titulo iustitiæ eandem indecentiam habet, vel potius non habet, sed debito à sola fidelitate non est debitum creaturæ, sed Deo solum ipsi cui nequaquam à creatura restituitur ius contra Deum (in quo vel locationis, vel conductionis, aut seruitutis ratio earumque indecentia fundatur) licet quod sibi ex fidelitate sua præstare Deus debet, quia promissit præstandum creaturæ necessario sit cui fuit promissum: itaque creatura terminis *em* promissis & donationis promissæ rei non autem debiti ex fidelitate diuini est in quo solum indecentia realis, nec solum vocalis famularus, & seruitutis in omnibus sit continetur, nec in famularus operæ vnius quam seruitutis omnium, nisi extensius maior. Vnde à debito Dei ex iustitiæ creaturæ vnius operæ ab ipso promissæ ad promissionem & debitum subinde creaturæ omnium, negati consequentia nequit, vt secunda solutione Ariaga tentauit, cuius tertia etiam solutio de vilibus quibus concionibus Natalium, vel vis coactiua, vt seruis quis fiat, & c. quas seruitus importat, atque in Deum non cadunt: eis enim deficientibus, & seruitus & intussecæ eius indignitas præfata persistat, vt patet in ingenio, ac præstanti viro, qui se vitro ob finem honestissimum se alicui in seruum traderet, vt S. Paulinus efficit, ac S. Dominicus honestissime seruo & enixe tentauit.

CERTAMEN III.

*Leuiora pro negante nostra sententia,
& qua contra ipsam facinre
reijciuntur,*

1. **D**uo quæ pro negante nostra sententia afferri ab aliis eius Patronis solent consulo omisi: quia alterum sepe semper mihi visum est: Alterum vero quia, etsi non adeo sit leue, sed valde in Aristotele fundatum, atque à Sancto Thoma, non semel, ac veteribus scholasticis admissum, & cui proinde nos citata controuersia 2. de Incarnat. d. 1. quæst. 2. certam. 2. 1. merito consensimus, nostraque conclusionis probationem primam commissimus, vt veræ, ac firmæ rationi, quam ideo, ne nunc quidem, vt inutilem retractamus: ea tamen abstinentes, quia aduersarij ad quæstionem de nomine reuocare illam, vtunque, nec omnino in verisimilibus discursibus possunt, vt ex dicendis num. 3. patebit, primum, atque explorato leue pro sententia nostra negatiua solet ita efformari iustitiæ commutatiua, nisi redditione æqualis, pro æquali esse non potest: atqui in redditione præmissi promissi à Deo operibus iustorum (nempe gloriæ & vite æternæ) non seruatur æqualitas: præmiat quippe Deus Sanctos suos ultra con-

D d dignum

dignum, iuxta Paulum dicentem. *Non sunt condigna, etc.* & Patres ac Concilia, imò nec primum tantum, non excedens merita nostra, esse non potest, ut ex eis etiam locis constat, quae ex meritum natura loquuntur, non ex lege, aut voluntate libera Dei: ergo nequit in eo primum reddendo iustitia à Deo etiam supposita promissione exerceri. Respondet noster Ioan. Prapof. loco citato §. 2. n. 6. *verba ex quibus patet, excessum primum non obesse iustitiae commutativae, & ad aequalitatem redditionis, & satisfactionis; sed in excessu solum non exerceri, sed liberalitatem aut misericordiam: ut patet in debitorum centum, qui ducenta creditoribus praestaret: & idem esset de punitione citra condignum, ut infictione partis poenae debiti poenalis, ex iustitia poena reddetur, licet ex misericordia alteri debiti poenalis poena remittatur. Ac demum inquit hoc totum de facto solum probat, non de possibili: ac proinde iustitiam commutativam inter Deum, & hominem intercedere vi promissionis suae non posse (ut contendimus) minime probat.*

2. Patet argumentum, ut à nostro Prapof. proponitur satisfieri: quia solum proponitur de redditione primum de facto, quia impossibilitas Dei primum operi iustorum non excessus, suae per aliquid essentia sua eiusmodi merita excedens (quod testimonio Pauli, & Patrum contineri notabamus) in efformando argumento ab ipso expenditur: cuius enim Deo primum non excedens dignitati operum & iuri ex eius promissione creaturae quæsitio impossibilis sit: (ut ex operum & primum natura videntur ex Paulo Patres docere) & reddito ad aequalitatem, atque ex iustitia propria impossibilis foret: cum nihil primum esset, quod parte sui debitorum, iurique creaturae aequale esset; alioquin iam esset primum aliquid aequale possibile contra hypothesein; secus autem res habet, cum primum, refert, qua soluitur, non ex natura, & genere suo, sed partium solum additione est maior debito solutis, & iure creditoris: ut exemplo debiti, & solutionis excedentis pecuniariae coniungitur, ut eius parte debito minor ex iustitia satisfiat, & ultiores partes ex misericordia, aut liberalitate donentur. Facilius respondeo Paulum, & Patres, dum condignitatem ad gloriam operibus nostris negant, eis secundum seae non, ut elevatis per gratiam, & sanctitatem operantis, negare, sub qua sola consideratione primum ex iustitia primum gloriae, haud quamquam possunt: possunt tamen primum aliis naturalibus accedente promissione in adversariorum sententia debitum strictum Dei ad creaturam ex promissione divina admittentium: quare eo argumento non convinci contra ipsos iustitiam commutativam Dei ad homines impossibilem, sed solum in primum gloriae, quo de facto primum ex iustitia, aequalitate, & condignitate sic considerata, merita, & opera nostra non premiari. Sed verò nostra merita, & opera dignificata ex iustitia, & sanctitate operantis, atque elevata ad condignitatem primum ex genere suo supernaturalis gratiae, & gloriae ex iustitia commutativa, & ad aequalitatem quam habent, premiari in adversariorum sententia, accedente promissione, quae debitum Deo respectu nostri, illam praestandi adducat: nec nisi additione ultioris partis, aut gradus gratiae, & gloriae, quam meritis iusti respondeat premiari ultra condignum iusti possunt. Quo sensu Pauli locum Patres aliqui usurpasse videntur, tamen sensus germanus datus à nobis est.

3. Secundum argumentum pro negante nostra sententia ex materia necessaria, & essentiali iustitiae communiter desumitur: quae in bonis vtilibus, & commodis, vel secus personis, in quibus iustitia commutativa est constituitur iuxta Aristot., Rhetoric. c. 9. & 5. Ethicorum c. 2. versum, med. sunt autem ea omnia, quae vitam alterius eiusque lucra, & pecuniaria emolumenta, seu honorem, & famam, vel brevius ad esse, vel ad bene, vel ad melius esse alterius spectant: unde S. Tho. 1. 2. q. 21. art. 3. *ait. Distributio secundum iustitiam fit alicui ex eo, quod agit in profectum, vel nocumentum alterius.* Et certum constanter Philosophis, & Theologis de iustitia praesertim commutativa, ut sic disputantibus, in alterius commodis, materiam eius necessariam materiam iustitiae fuisse designatam: atqui Deo nihil commodi, vel incommodi, vtile vel nocivum, suae ad esse, suae ad bene, vel melius esse praestari à creatura potest, ut patet, & saepe scriptura clamat: ergo nec in utrumque, necessaria iustitiae commutativae materia inveni-

tur: quare nec iustitia commutativa reperiri potest. Hinc argumentum satis est firmum, & cui valde fidet S. Tho. vii. iustitiam commutativam inter Deum, & homines negotis citatis certis, & quo solo negativa sententia ab omnibus adversariorum argumentis facile protegetur. Ne verò illo adversarii convincantur, respondent, iustitiam de qua Aristot., Philosophi, & Theologi disputant, cuius materiam designant, eam solum fuisse, quae inter creaturas rationales, seu homines versatur: quibus, ratione imperfectionis suae, commoda, & vtilia incommodare: ac nocivum ad esse, vel bene, aut melius esse plura, imò omnia, quae ipsum pertingant esse possunt: ceterum in Deo respectu cuius nihil creatum commodum, vel incommodum, vtile aut nocivum esse potest, aliorum, eminationis iustitiae materiam reperiri, penes rei ipsi gratiae, vel ingratiae, nempe honesti, vel turpis actus ab homine appositionem; & quidem eo solum titulo iuri diuino ab impio secularibus derogari, atque Deum laedi in eo videtur: quia iam illud ius Dei erga rationales creaturas, ut patet, vixit ipsi obsequatur, sanctique operibus colant, verum Dei ac primum, & strictum est, cui pia vita debitum à nobis redditur: impii verò, ac scelerati, est, cui Dei ipsius damnum plane derogatur: ut videtur peccatis à Patribus Theologis, & fidelibus cunctis dicatur Deus offendi: cui communi statim; apud omnes locutioni, & sententiae ab hisque iustitiae commutativae, ut sic iniuri, & ac iniuri, materiam commodis solum, & incommodis coarctat, aperte contradicitur.

4. Haec sunt, quae huic rationali, veritatis specie aliquae, atque ad vulgi saltem plausum adversarii respondent: & quibus ad quæst. de nomine possit facile argumentum deduci: ut propterea ipso inter alia quae non ita facile ad q. de nomine reduci ad adversarii possunt, vix non fuerint, sed tamen his, qui eo etiam ut pro sententia nostra agant, volunt robur ostendendum: & rationum, quibus ad q. de nomine reduci tentatur, infirmitas explicanda: & primo quidem, si commoda, & incommoda pro iustitia, atque iniustitia commutativae materia necessaria ab his solum designata fuissent, qui moribus hominum instituendis solummodo insisterent: probabili ea solutio, veròque similis, ut minimum foret: quod scilicet iustitia creata, atque inter creaturas extendenda, ac non vniuersim sumpta, materiam designaret: cum autem Theologi omnes veteres (Aureolo excepto) & Siple Tho. de iustitia commutativa vniuersim, h. quae ad Deum etiam extendi possent dubitantes, atque extenditur disputantes, eam nihilominus ob materiam necessariam defectum à Deo reiecerint, designatam illam commodi, vel incommodi propriam materiam iustitiae commutativae vniuersim sumpta, eorum omnium sensu, & iudicio communi esse evidenti sane argumento est. Confirmatur, quia nec Philosophos, nec praefatos Theologos laetitia actibus internis bonis, & honestis alterius: ex quibus nihil commodi, aut nocumenti alteri pareri possit: hunc alteri cum illo altero pacifici, ac proinde pacis omnino creatum posse inter illos ita intercedere: quod tamen defectu materiae commodi, vel incommodi alteri ex pacificis, ad iustitiam commutativae pacta non adiuvant, sed et materiae designatione recesserint, ut videat Pasolus, quo iure ex pacto hoc inter creaturas: quod iustitiae commutativae esse supponit, simile inter Deum, & creaturam iustitiae commutativae esse contendat: iam illud de iure Dei laetio per peccata nostra, quod strictum dicebatur, nullius est robori: ius enim proprium Dei, vel est dominij, vel iustitiae. Ius dominij nequaquam peccatis proprie laeditur: quidem nullius rei dominium eis à Deo auferitur, quin physici actus appositione aliquid quoad extensionem apponatur, quoad malitiam verò sui defectum nunquam sub Dei dominium cadere peccatum potuit, neque ad id Dei dominium extenditur: sed solum dominium physice perfectatis, & libertatis creaturae: à quo, ut provenit solummodo, malitia actus, & formale peccati est, ius verò iurisdictionis iustitiae commutativae eius non est, ut patet: quare neque ex iustitia à nobis servari potest, sed ex obedientia, vel materiali vel formali, nec nisi ex inobedientia alterutra contrarie abique villa tamen eius iactura offensa autem Dei merito dicitur, quia infensa Deo malitia, & peccatum ei: sicut prava aliorum facta quae nihil etiam nostra referunt, non

sepe offendunt, & qui Deum peccato offendatur offendere dicuntur, quia rationis nostræ recte dictamini aduersantur.

5. Opponitur primo contra nostram conclusionem curba plurima locorum scripturæ, quibus Deus iustus dicitur maxime in benefactorum reddenda mercede, quæ in metaphorico sensum detorque non licet: sed quid inde? an vocis iustitia, aut iustus, proprie accepto pro iustitia commutativa unica est? oppositum offendimus assertum q. 1. certam. 1. & 2. & vulgari satis acceptione, quisquis alteri conuenienter; & ad æqualitatem obsequitur, satisfactiue in materia quauis, etiam absque strictæ iustitiæ debito suo, ac iure alterius adhuc iustus iustitæ in eo se gerere merito dicitur, quia materialiter saltem iustus est: atque iustitiæ materiam seruatur, vel æqualitatem: immo vero, siquid videntur Pauli testimonia pro iustitia propria, & stricta Dei probant, pro distributiva non autem pro commutativa probant, subdit enim in eorum videntur 2. Corinth. 1. Scia cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum dei iustus iudex: quod autem ex Deo, ut iudice, siue ex iudiciali eius potestate est, ex distributiva, non autem ex commutativa iustitia est; sed nec de distributiva iustitia eius loci sensus est, sed de iustitia pro fidelitate, ut doctè & subtiliter Bernard. 1. de grat. & liber arbitrio. sub fin. his interpretatur. Dei promissum suum appellat depositum, & quia credidit promittenti fidem promissum repetit: ac fere statim: Est ergo, quam Paulus expectat corona iustitiæ; sed iustitiæ Dei, non sue, debet enim (sibi vtrique) quod pollicetur est: quod totum fidelitatis Dei debitum, non autem iuris Pauli esse ex Bernardi verbis patet: eodem pacto respondetur aliis locis, quibus gloria præmium, coronæ brauium, ac merces à Paulo, & Evangelio: siquidem corona, brauium, potius iustitiæ distributivæ est, quam commutativæ; merces autem, quæ ad commutativam videtur spectare, in locis materialiter sumitur, quatenus æqualitas præmium, & merita seruatur, et illud ex fidelitate promissionis tantummodo reddetur.

6. A ratione ex natura promissionis argui contra nostram sententiam solummodo potest: quia promissio, pactum acceptatum natura sua non solum inducit promittenti debitum & obligationem fidelitatis præstandi promissa, sed, & debitori commutativæ iustitiæ promissio, atque hinc ius iustitiæ contra promittentem, & paciscentem cum ipso: maxime, si pactum, aut promissio onerosa sit, uti promissio Dei de gloria reddenda est: ergo ob suam promissionem debet ei iustitia commutativa Deus homini bene operanti reddere tantundem gloriæ, quantum condigne suis operibus meretur. Respondetur facile antecedens adhuc decretis promissionibus dubium, ac mihi fallum, esse. Si enim quis alteri promitteret, etiam onerosè, vel cum altero pacisceretur explicans se solum velle ex fidelitate alteri obligare, non autem ex iustitia, nunquam illi ad præstanda promissa ex iustitia teneretur, debitumve promissario contraheret, neque is contra illum ius strictæ iustitiæ acquireret: cum tamen vera promissio, & pactum stare, tamen eo effectu & debitum strictum iustitiæ inducendi in promittente, & ius strictæ iustitiæ in promissario caret: unde facilius intelligitur in promissione vera diuina ratione incapacitatis debiti iustitiæ in promittente Deo, & iuris contra ipsum stricti, & iustitiæ in creatura promissaria provenire, quod ex arbitrarie voluntate creaturæ promittentis verè promissioni creatæ potest contingere. Hoc verò omisso, ostendimus cert. 1. n. 8. ex ita obicientium sententia, & doctrina veram in Deo promissionem dari, quia debito strictæ iustitiæ promissario obligetur ad præstanda promissa, sed solum ex fidelitate: ac proinde quia ius strictæ iustitiæ contra ipsum ex ea promissione acquiratur: quare distinguendum antecedens esset, atque de creatura promissione concedendum, negandum verò de diuina cum consequenti.

7. Sed pro nostræ doctrinæ luce, & coronide solidus æque ac subtilis distinctus Petri Chrysologi. serm. 25. audiendus est in hæc scribentis. Nonne homo homini exigua civitatis obligatione constituitur? Deus totus, & tantis voluminibus cauet, & non tenetur? videtur nobis hætenus aduersus; perge tamen. Sed dicit: Ego quod debet, quo exigente restitui: homine, cuius ius in Deum ex tot cautio-

Christoph. de Origen. de Deo Pro. Tomus II.

nibus est? cuique ex illis debitorem esse dixerat responsurum putares, sed audi. Scilicet, inquit, ipse: quia non potest illa meminiri, idem ipse est, & executor, & debitor. Debitum autem ex veracitate, seu impotentia mentendi, siue necessitate veracitatis in promissis implendis, nihil aliud est quam fidelitatis debitum, ex quo seipsum solum, non autem alium, ut ait Chrysologus, promissorum exactorem, aut executorem habere potest. Miseris hoc testimonium à docto aduersario nostro Falolo pro stricto iustitiæ debito Dei respectu creaturæ rationalis, sed cuique iuxta præconceptam sententiam omnia sonare consueverunt.

QVÆSTIO III.

An iustitia distributiva Deo conueniat?

Ametsi iustitia distributiva tota sua latitudine ad præmium, & pœnarum pro bene, vel secus factis distributionem æquam extendatur, hic tamen pro iustitia præmium tantum, ut à distributiva pœnarum distinguitur ex vsu DD. hac de re disputantium usurpanda fuit: à nobis præsertim, qui ex diversis principis diversimode de vtraque censendum iudicamus.

CERTAMEN I.

Diverse Doctorum sententia, vbi de Sancti Thomæ mente.

1. Assistent quotquot iustitiæ commutativam in Deo asserunt, recitati à nobis q. 2. cert. 1. num. 1. duodecim, nimirum numero; & ex negantibus Deo commutativam iustitiæ viginti sex citati etiam à nobis ibidem n. 2. medio à versu ex aliis vero: quia noster Præpositus eo num. 2. sine nec iustitiæ propriam distributivam in Deo admittit, ut iam referam. De Sancto Thomæ hac in re sententia dubitatur à Doctoribus: quem plerique pro affirmante hac exploratum lect. 2. sine censent Patronum 2. ad Thim. 1. vbi quæ explicans, quomodo sit corona proprie iustitiæ gloria, ait ibi esse gratiam in radice merendi, iustitiæ, quantum ad actum, qui procedit ex voluntate ad Heb. 6. lect. 3. circa med. Duplex est meritum: unum, quod innititur iustitiæ, & illud est meritum condigni, aliud, &c. & 1. 2. quæst. 112. articulo 3. ad 1. ex illo glossæ ad Roman. 5. Deus recipit enim, qui ad se confugit, aliter esset in eo iniquitas. Respondet: loqui de illo, qui confugit ad Deum per actum meritorium liberi arbitrii, iam per gratiam informat: quem, si non reciperet, esset contra iustitiæ, quam ipse statuit, & 2. 2. q. 61. art. 4. ad 1. de iustitia strictæ sumpta agens iustitiam ipse Dei iudicium faceret. Sed hæc tamen pro iustitia distributiva non præstant: solumque de iustitia materialiter sumpta, quatenus æqualitas inter meritum, & præmium seruatur germinem intelliguntur, quin debitum iustitiæ ex parte præmiantis, quod iustitia stricta supponit, ac requirit, vltatenus probent: immò, si postrema verba recitata ex art. illo 3. ad 1. contra iustitiæ, quam ipse statuit, nempe promissione sua, expendantur, satis ostendunt debitum fidelitatis, solum à S. Thomæ ibi in Deo recognosci ac proinde iustitiæ ab ipso lata illa, propria tamen significatione, usurpari, qua omnes virtutes exercet, & cui opponitur quævis iniquitas quam glossa in Deo admittendam aiebat & Sanctus Thomas ea periphrasi contra iustitiæ explicuit, ac defendere solum eo loci contendit.

2. Sunt tamen adhuc pro iustitia distributiva Dei in Deo d. 2. certum.

terminis vrgentiora testimonia. Primum ex 4.d. 46. q. 1. art. 1. quæstion. 1. corpore circa med. vbi explicata essentia, & distinctio iustitiæ commutatiuæ, & distributiue ait: *est ergo ratio distributiue iustitiæ Deo proprie conuenire potest: in quantum scilicet equalitatem proportionis seruare in commutatione bonorum suorum dant unicuique proportionaliter secundum suum modum.* Vnde Dionysius in 8. cap. de diuinis nominibus quod iustitia laudatur in Deo, in quantum omnibus secundum dignitatem distribuit, sed iustitia commutatiua per quam equalitas constituitur inter Deum dantem, & creaturam recipientem Deo competere non potest secundum propriam acceptionem: quia beneuolentia Dei semper excedunt meritum creature. Quibus ea proprietate, qua iustitiam commutatiuam negat Deo, distributiua expresse concedit: idcirco Capreolus in 2. d. 27. q. vn. art. 3. in it. affirmantem in præfati sententiam sequens, vt retulimus q. 2. c. 1. n. 2. sentiens tamen S. Thomæ sententiam absolute non esse: fatetur hoc loco illam tenuisse, retractasse verò illam in partibus summa, ex quibus nullum testimonium retractationis eius profert: imò verò iustitiam distributiua Dei multis S. Th. testimoniis probat eius articuli decursu, & in 1. distinct. 45. quæst. vn. art. 1. conclus. 14. & ad argumenta: & certe nunquam fuisse à S. Thom. retractatam in summa constat ex 1. p. q. 21. art. 1. corpore vbi de Dei iustitia ex instituto agens eadem iustitiæ commutatiuæ, & distributiue diuersitate explicata commutatiuæ à Deo reiecta de distributiua subdit. *Sicut igitur ordo congruus famulatus, vel cuiuscunque multitudinis gubernatio demonstrat huiusmodi iustitiam in gubernante: ita ordo vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus quam in rebus voluntariis demonstrat Dei iustitiam: consonat sibi 1. contra gentes cap. 93. vers. fin. ea propter sententia hæc affirmans S. Thom. communiter reputatur, etiam à negatiua sententia Patronis ingenuitibus: à quibus pro illa plerumque, & contra seipsos absque controuersia proinde citatur: tametsi ex eis non defuerint aliqui qui ex contextibus ipsis eum de iustitia stricta distributiua non loqui non contentendo discursu suadere tentarunt, etsi non omnia, & præcipua id suadendi fundamenta textibus ipsis inclusa animaduertuerint.*

3. Censeo ergo cum hisce, eis locis S. Thom. sententiam in re præfati affirmantem non doctuisse imò verò absolute pro negatiua sterile: quare immerito pro affirmatiua vulgò citari. Primum obseruatione textuum ex aliis memorata: quia in eis S. Tho. æque seruati iustitiam distributiua, & gubernatricem à Deo ait in distributione suorum bonorum iuxta dignitatem, & exigentiam causarum & rerum naturalium ac iuxta merita operum causarum, seu agentium liberorum: quod primo loco probat Dionysij testimonio, est distributio ob exigentiam causarum naturalium: id verò, nec Dionysij nec S. Thom. nec Doctoris alicuius iudicio strictæ iustitiæ distributiue est: ergo nec distributio ob exigentiam similem meritorum agentis liberi strictæ iustitiæ distributiue esse potest. Confirmatur: quia testimonio secundo ait: æque, & tam ex ordine, & proportionem seruata à Deo in rebus naturalibus, quam in rebus liberis demonstrari Dei gubernatricem, & distributiua iustitiam: quatenus scilicet ex eo ordine censetur Deum rebus, tam naturalibus, quam liberis iuxta vtrarumque dignitatem, & exigentiam de bonis suis eis prouidere, & impertiri: ergo non alia, & ab similibus Dei gubernatrix distributiua iustitia rebus liberis, quam naturalibus, sed omnino similis, demonstratur ex ea distributione ad vtrarumque dignitatem, & exigentiam à S. Thomæ. Atqui ea respectu exigentia, & dignitatis rerum naturalium strictæ iustitiæ distributiue non est: ergo nec respectu liberorum. Respondet Ruz: cum aliquid coniunctum de pluribus asseritur, de singulis, iuxta cuiusque capacitatem intelligi debere: cum autem res naturales, vt potest irrationales iustitiæ omnis ad ipsas exercende à Deo incapaces sint male inde inferri respectu liberarum eius capacium iustitiam distributiua propriam non exerceri. Bona quidem solutio argumenti, vt à primis textus obseruatoribus proponebatur: probantibus, nempe, erga naturales res iustitiam distributiua à Deo non exerceri, quia incapaces sunt illam terminandi: cum enim in eo à liberis, seu rationalibus diffimiles sint à diffimili plane, &

male argumentum procedit, subadique bene Ruz illi solutio.

4. Nos autem arguimus, ex proportionem distributionis iuxta dignitatem, & exigentiam rerum naturalium, & liberarum, quam similem S. Thomas asserit vtrique nec magis, aut potius ex distributione proportionata ad dignitatem, & exigentiam rerum liberarum, quam naturalium abstrahendo & immemorata harum incapacitate distributione bonorum Dei ipsius gubernatricem distributiua iustitiam demonstrari, & apparere: quare admissio (vt admittitur à S. Thomæ & omnibus) eam distributionem rebus naturalibus iuxta eorum dignitatem, & exigentiam è iustitia propriè distributiua non esse, rectè, & à simili porfuso inferitur, nec in distributione rebus liberis iuxta operum ipsarum meritum, dignitatem, & exigentiam è iustitia propriè distributiua le genere Deum: cuius ratio à priori vtrique est: quia in naturalibus est ius exactiorem strictum, vt ita Deus dignitatem, & exigentiam suæ in bonorum distributione annuat: neque in hoc strictum debitorum alterutrum ita annuendi, sed precaria exigentia quadam vtrarumque rerum, nullamque illis ex parte Dei debitorum respondent, id quod testimonio primo docet Sancti Thomæ verbis, illis in commutatione bonorum suorum: quod enim alteri stricto iure ipsius debetur, non tam debitoris, quam creditoris, cui debentur bona communi æstimatione censetur, ac vulgaris phrasi dicuntur. Secundo expresse id docet S. Th. locis n. 5. statim recitandis: vltimus probatur ex testimonio ipsis oppositis nihil ibi de iustitia Dei absolute talis proprietate: ibi enim vnam solum proprietatem, quæ à commutatiua differt, recenset, nempe, quod hæc equalitatem arithmetica seruare debeat, distributiua verò solum proportionalem pro rerum dignitate: in hoc autem tota distributiue essentia non stat: sicut neque commutatiuæ, nisi ius, ac debitum strictum ad equalitatem arithmetica, vel proportionalem reddendi accedat. Hanc ergo solum proprietatem distributiue iustitiæ, nempe seruandi proportionem iuxta rerum naturam, dignitatem, & exigentiam in suorum bonorum distributione seruati à Deo ait: non autem in reliquis ad istam iustitiam distributiua requisitis: vt expresse prima parte testimonij primi, & patet ex voce exceptiua in quantum, & secunda eius parte quoad proprietatem iustitiæ commutatiuæ seruandæ equalitatis arithmetice commutatiua ipsi negat: quia autem, inquit, beneficia semper excedunt meritum creature. Nec amplius quidquam eo, & reliquis testimoniis ex prima parte, & 1. contra gentes Sanctus Thomas contendit.

5. Ex eius verò, quod secundo loco promissum probatione præfate interpretationes illustrentur, & quidem debitorum strictum creaturæ, ac subinde ius illius contra ipsam (sine quibus iustitia propriè strictæ distributiua esse nequit) omnino à Deo, supposita eius etiam promissione, repellit: etenim 1. 1. quæstione 111. articulo 1. ad 2. duplicem explicans sententiam, quod rebus naturalibus aliqua naturalia, & meritis super naturalia premia debentur dicantur subdit. *Natura autem modo dicitur debitorum propter hoc quod Deus creaturæ obligatur: sed potius in quantum creaturæ debet subiecti Deo, vt in ea diuina ordinatio implatur: quæ quidem est, vt talis natura talia contineat: vel proprietates habeat, & quod talia generet, consequatur: quibus in aduersariis. Sed potius in quantum creaturæ debet subiecti Deo, &c.* Quam debitorum obligationi negat in Deo appositum rationi à se, non semel, contra iustitiam Dei, quæ debitorum in ipsa situm requirit, iterum insistent: quod debitorum subiecti proprius, quia debitor, illi alteri sit necessario subiectus, item quæst. 114. art. 1. ad 3. ait: quia natura rationis non habet rationem meriti, nisi ex præfati præfati non habet rationem meriti, non sequitur, quod ipsa ne diuina ordinatio, non sequitur, quod ipsa ne semper debitor nobis, sed sibi ipsi: in quantum debitorum est, vt sua ordinatio implatur: & 1. p. q. 1. art. 2. ad 3. debitorum idem sic explicat: *Deum ius est Deo vt imparetur in rebus id, quod eius sapientia, & voluntas habet. Quare eis omnibus locis, & creaturæ ius in Deum, & debitum huius creaturæ expresse excludit, sine quibus iustitia, vel commutatiua, vel distributiua bonorum Dei esse non potest vt* c. 1.

cert. i. pro i. nostra conclusione arguimus. Scio nostrum Ruiz d. 56. sect. 4. à n. 7. hæc loca pro debito proprio reum præstandum non autem creaturæ, cui præstanda sunt, sed potius Deo ipsi præstituri offerri, in quo consensimus; dissentimus tamen in eo: quod debitum reum solum, non autem creaturæ cui præstanda sunt, sed solum præstituro, ut Dei iustitia propria erga illam exerceatur, satis esse putat: quod supra impugnauimus.

6. Negatiuam sententiam sectantur, quotquot vniuersum propriam Dei erga homines iustitiam negant, magno numero à nobis recitati. Speciatim verò Durandus in 4. d. 46. quæstion. 1. Azor. noster tom. 3. Moralium institut. lib. 1. cap. 10. quæstion. 3. tametsi quendam eius modum admittat, in eamque etiam variis locis, & augmentorum solutionibus videtur inclinare Ruiz etiam noster disput. 28. et vocibus aduersetur, Molina supra, & Valquez d. 86. cap. 2. cum aliis Ioann. Propositus 1. y. quæstion. 21. art. 1. dub. 2. numer. 12. quorum reliqui præter Azorem, tametsi modum aliquem iustitiæ distributionis expresse non admittant, ex omnium tamen rationibus cum absolute Deo denegandi, satis constat, eos omnes illam secundum modum aliquem, seu quodammodo in Deo admittere: sicut & commutatum, ut superius diximus, materialiter sumptam pro æqualitate siue Arithmetica siue Geometrica, & proportionali dati & accepti: ut mox expressius nostra secunda conclusione explicabimus: atque ex eis doctoribus immò & sacra Pagina deducemus: sed pro hac sententia numerandus in primis Sanct. Thom. erit: ut patet ex iis quibus hæc sententia genuinam eius mentem à communiori eius interpretatione vindicauimus: quibus & nos libenter subseribimus eorum sententiam duplici conclusione infirmata explicatis, & distinctis certamine secundo traditur.

CERTAMEN II.

Secunda sententia duplici conclusione explicata probatur.

1. Dicendum primo est. Iustitia strictè distributiva secundum totam suam essentiam, & proprietatem nequit Deo ad creaturas, adhuc rationales: ac laudabiles, & meritorie de condigno operantes conuenire. Habet citatos Patrones conclusio. Probatur: quia iustitiæ cuiusvis operatio vnius respectu alterius debet esse ex stricto debito vnius ad alterum, & iure stricto huius in illam debito illius correspondente (vltæ æqualitatem siue proportionalitatis & geometricam vel Arithmeticam & ad amissum) aut nihil meritis operum, & dignitati operantis siue proportionaliter siue Arithmetice æquale potest Deus distribuere ex debito ipsius proprio, & stricto respectu eius creaturæ, neque ex iure stricto & proprio huius contra ipsum: ergo ea distributio Dei nequit esse ex iustitia propria, & strictè distributiva. Maior satis à nobis monstrata est qu. 1. certam. 2. atque qu. 2. certam. 1. & 2. his etiam locis minor: sed vltimus hæc minor probatur ex dictis quæst. 1. certam. illo secundo; quia debitum illud iuste retributionis oriri debet, vel ex iure particularis creaturæ, ut particularis, seu priuata persona est, ac non pars Reipublicæ rationalis, vel ex iure reipublicæ rationalis in bona Dei distribuenda, & subinde creaturæ rationalis, ut pars eius Reipublicæ est: sed neutro modo potest creatura rationalis rectè operans, iuste etiam, & sancta, & condigne subinde merens, bona supernaturalia Dei ius contra Deum acquirere, cui in illo debitum strictum creaturæ respondeat; ergo. Minor hæc probatur vniuersum primo, quia alias ad certam præmiij supernaturalis retributionem opus Dei promissionis non foret: cum citra illam ex iure, & debito illo Dei certo, & infallibiliter à Deo retribuatur, quin fieri aliter à Deo posset, id quod vel aduersarij ipsi meritò negant.

2. Secundo particulatim: quia rationalis creatura etiam condigne illa bona promerens, ut persona particularis ac priuata est, etsi æquiualens Arithmetice, vel Geometricæ cum præmio ponat, dignisque, altervero modo, præsit, non potuit ius exactiū strictè, sed precarie solum exigentia quemadmodum res omnes naturales suas proprietates, & perfectiones naturales exigunt à Deo, sed nec ex iure reipublicæ rationalis & subinde nec meritorie, & condigne operantis rationalis creaturæ, ut pars eius reipublicæ est: siquidem bona illa Dei sunt propria, non autem rationalis reipublicæ, quoad ius, & dominium illorum; tametsi eius propria, quoad receptiuam capacitatem dici possint: quia irrationales creaturæ incapaces eorum sunt: atque de suis solum, ac non de bonis alterius, potest quis, siue voluntate, siue præcepto, siue lege legitime, ac non contra ius alterius, ne dum ex iure, disponere; ergo nec de distributione bonorum Dei potest reipublica, rationalis adhuc, sed Deus solum pro condigne operaturis legitime, & ex iure disponere. Mitto Deum omni creatæ potestati superiorem non domino, sed iurisdictione etiam esse superiorem: quare nec legi alias etiam legitime reipublicæ rationalis creatæ esse subiectum, nec distribuendi ad ea habere potestatem. Confirmatur quia lex iustæ distributionis potestati Magistratus à Principe vel reipublica committitur in bonis solum reipublicæ, vel absolute, vel pro viginti, & accidentaria occasione est, non autem in bonis eorum, ut particulares, & priuata personæ: quare neque erga bona eorum, ut priuata personæ sunt ea æqua proportionaliter, vel arithmetice distribuendi debitum aut obligationem inducit, cum ergo bona omnia merito, etiam condignitatis, operantibus, pro cuiusque valore meritorie distribuenda à Deo ipsis solum, non autem reipublicæ rationalis sint, nequit ex illius iure ita distribuendi debitum vllum habere: quare nec ita illa ex iustitia distributiva bene operantibus impertiri, etsi eam possit in distributione illorum, immò, & seruet æqualitatem, & proportionem. Confirmatur denique, quia, si priuatus quis Reipublicæ bona sua concubus bene operantibus ea proportionem distribuatur, nullo sanè debito suo, iure illorum, neque ex iustitia strictè, & proprie distributiva distribuatur. Nec præstat recursus ad Dei promissionem, ex qua nullum creaturæ ius queri contra Deum, nec debitum Dei strictum creaturæ, sed sibi solum ipsi, & fidelitatis, ut ex Patribus & ratione, ac nuper ex S. Th. fuisse monstrauimus.

3. Dicendum est secundo: iustitia distributiva, quoad proprietatem seruandæ æqualitatis proportionalitatis ad cuiusque meritum, ac proinde aliquomodo potest, debetque Deo concedi. Hæc conclusio omnium Doctorum est, etiam eorum, qui nobiscum negatiuam conclusionem de proprie, & strictè distributiva iustitia docuerunt immò verò nec ab illo Catholico Doctore potest negari, ita enim eaque proportionem, & meritum cuiusque ad præmiij magnitudinem ratione habita reddi præmia à Deo posse, imò & de facto esse reddenda constans scripturæ & Patrum ac Theologorum (nemine dempto) sententia est 1. Corinth. 9. qui parè seminat, parè & metet. Ioannis 14. in domo Patris mei mansiones multa sunt. Matth. 16. reddet unicuique secundum opera eius: quod ad verbum etiam scripsit Paulus ad Rom. 2. & 1. Corinth. unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Idemque ipsum in parabolis minarum, & talentorum continetur: quanquam illis aliud etiam dogma significetur simul maius, nempe meritum nostrum, quod maiori subinde præmio seruata proportionem rependitur maiori gratiæ auxilio in ratione gratiæ, & doni à domino provenire id etiam expresse Dionysius Arcopagita recitatus à S. Thoma certam. 2. ex 8. de Diuinis nominib. & post pauca; diuina enim iustitia omnia disponit, ac determinat, omniaque non confusa inter se, nec permixta custodiens, itaque sunt omnibus, quod cuique accommodatum est tribuit pro ea, quæ unumquodque eorum, quæ sunt attingit dignitate. Id ipsum S. Thom. docuit expresse recitatus etiam eodem num. 2. & sano eam proportionem seruare in præmiis reddendis, quam merita operantium seruant inter se se, etsi non ex debito vllò, bonum atque honestum est, & in quod proinde abique vlla imperfectione ferri de fa-

quo, atque habitualiter possit honestissime inclinare.

4. Sed inde obicitur primo, is actus eaque habitualis inclinatio virtus aliqua vel actualis, vel habitualis in Deo est; non fortitudinis, non misericordiae, nec liberalitatis, nec alterius virtutis propriæ: ergo iustitiæ propriæ, vel commutativæ, vel distributivæ, vel legalis specialis, at, nec commutativæ, nec legalis specialis est per nos, ergo distributivæ iustitiæ propriæ virtus est. Prima consequentia probatur: quia moralis nulla virtus propriæ talis esse in aliquo potest, quin ad aliquam speciem virtutum moralium assignatarum, agitarumque hæctenus Philosophis, & Theologis propriè spectet; alioqui innominata, & ignota innumeræ virtutes, ultra illas notas, pro cuiuslibet libito quotidie essent admittendæ, quod absurdissimum in Philosophia, & Theologia est. Negatur tamen consequentia illa. Plures siquidem virtutes Morales Philosophis, & Theologis, adhuc in creatis, admittuntur, quæ ad nullam earum generalium specierum classem propriè spectent, & directè, sed indirectè solum, & reductivè: quatenus proprium aliquid, non autem totam essentiam virtutis alicuius ex speciebus illis participant: quare partes illius speciei, potestati solum dicuntur. Ad eum igitur modum distributio præmiorum à Deo meritis cuiusque proportionata, cum eam distributivæ iustitiæ proprietatem servet, etsi alteram huius essentiali partem ita ex debito ad creaturam, & huius iure contra Deum ad eiusmodi distributionem præmia largiendi reductivè ad iustitiam distributivam pertinebit: quia quodammodo ratione eius proprietatis (etsi non absolute & strictè, iustitia distributiva est.

5. Obicitur contra secundam conclusionem distributio seu collatio præmiorum à Deo est ad æqualitatem Arithmeticam meritorum cuiusque: ergo potius in eo commutativæ, servat proprietatem, quam distributivæ, quæ non Arithmeticam sed proportionis servat æqualitatem. Antecedens certum ex scripturæ locis est & consequentia videtur certa. Maxime cum Arist. 5. Ethic. c. 2. sub fin. dicat: *una quidem species est eaque in distributione consilii, aut honoris, aut pecuniarum, aut ceterarum rerum, quæ inter eos dividi possunt, qui in eadem civili societate versantur: in his enim sit, ut quisque non æquum habent ad alium, & æquum, quia personæ dignitas attenditur iuxta id, quod subdit. c. 3. post init. sic. Quod in distributionibus est, omnes uno ore pro dignitate quædam oportere esse dicunt.* Quod explicatius deinde persequitur, quare maiori minori que dignitati æque respondet maius & minus; & tamen in quantitate necesse est esse unius ad alterum inæqualitatem. Magna, & quam oporteat, maior controversia Doctoribus est: an Deus in præmiorum pro meritis distributione commutativæ, an distributivæ iustitiæ servet proprietatem? commutativæ formam servari docet Valsq. 1. p. d. 86. c. 2. distributivæ potius servare docent omnes, qui distributivam iustitiam esse admittunt; etsi inde formam commutativæ etiam servari, negare non debeant, commutativam absolute negantes, ut ex dicendis patet. Pro hac sententia stat Ruiz noster tota d. 59. à n. 3. Noster autem Ioann. Præpos. supra dub. 2. n. 13. & Ruiz d. 59. sect. 1. cum 3. virtutis virtutis formam servari docet, cui, & nos consentimus, & primo: commutativæ formam servari, constat ex locis scripturæ datis n. 3. & ex nostra doctrina de elevatione nostrorum operum ad præmij supernaturalis condignum meritum ex dignitate, & sanctitate operantis: ad tantum nimirum Arithmeticè, nec amplius, quam opus secundum se ac seclusa operantis dignitate, ex naturalibus præmiis mereatur: quod argumentum ex eodem principio, non adeo explicato, nostri Valsquez pro hac parte est.

6. De distributivæ etiam servata adeo in meritis præmiandis forma, maior est difficultas supra tractata, cui tamen sancti facilius posset, si operibus æquis è maiore gratia habituali operantis maius præmium respondere doceremus cum Soarzo tom. 3. de gratia lib. 2. cap. 22. & Cancellanis nonis omnibus, etiam Toletanis nonis recentioribus non paucis: quia, & dignitas operantis maior & minor in retributione attenditur iuxta Aristotelem, essetque in ea æquale & inæquale quod explicuimus, etiam respectu operandum eiusdem speciei ornatorum: at vero, cum nos eam sententiam, & contra

de merito videremus, & contronectis de satisfactione, & merito Christi relectimus; tamen in operibus humanitaris Christi, & reliquorum iustorum, atque Deiparæ præmiandis (si eius maternitas formalis sanctitas sit, vel speciei aliorum quam nostra gratia habitualis, ut citius controversiis suspicabamur) dignitas etiam personalis attendi, ac proportionaliter ad illas præmia ipsi distribui facile deprehenderetur, ceterum adhuc in sanctorum ac iustorum reliquorum per eiusdem speciei gratiam habitalem meritis præmiandis, tamen ex maiori augmento gratiæ præmij operis non augetur probatur: quia, & proportionalis æqualitas distributionis præmiorum in eis præmiandis à Deo attenditur, & servatur: siquidem, sicut se habet præmium, ut quatuor, respectu meriti, ut quatuor, ita præmium vt duo, vel vt octo respectu meriti, vt duo, vel vt octo, sicut reipublice honores, & maiores, pro maiori personæ dignitate, minores vero pro minori distributi servant proportionem, atque in eis distributivæ proportionalis æqualitas subinde servatur.

7. Quoniam verò in attentione sola dignitatis personarum ad honores &c. ipsis tribuendos nequit æqualitas ad amissum, & arithmetica, sed solum prudenti estimatione morali servari: quia dignitatis attente magnitudo, sub arithmetica mensuram non cadit: quare respectu omnium, plurimumque, & singulorum bona reipublicæ eo titulo receptorum forma commutativæ iustitiæ nullatenus servari potest; at verò in meritis plurimum iustorum remunerandis respectu singulorum, & omnium distributivæ sumptorum forma commutativæ iustitiæ servatur, quia ad amissum, & æqualitatem Arithmeticam valoris meritorum, & tanti pro tanto, ut aiunt, in singulis, & omnibus distributivæ sumptus præmium est: simul autem distributivæ iustitiæ forma in præmiis collectis, & præmiis disjunctis sumptus servatur: quia proportionaliter ad merita omnes præmiatur; quod deficiente, si unus solum esset præmiandus, si qui præmiaretur, posset præmiari: quia proportionalitas, seu proportio proportionum in bonorum retributione, siue meriti, siue dignitatis titulo, & personarum, & retributionum illis faciendarum pluralitas requirit: sibi enim, & respectu eiusdem proportionis æqualitas esse non potest: quo plane distributivæ commutativæ iustitiæ, quæ respectu unius esse potest, valde differt; non tamen differentia contradictoria, & commutativæ iustitiæ repugnante; quin hæc plures, in quibus, seu respectu quorum exerceatur, etsi non recitat non excludit: quare neque servari in omnium collectis sumptorum præmio efficiendorum retributionibus proportionalitatem eam vero etiam à Deo attendendam verba illa recitata ex Mathæo, & Paulo, & tunc videtur unicuique secundum opera eius, satis ostendunt, & ipsi attentionis eius honestas suadet.

8. Certè, si hæctenus dicta bene teneantur, nihil est, quod aliqua difficultatis specie obici possit: præoccupatum. Nam quod commutativæ formæ servandæ etiam formæ distributivæ non officit: cum alteri non contradicat, ac proinde non simul scilicet eodem etiam actu attendi valeat, & observari. Quod autem in distributivæ creatæ bonorum reipublicæ, quæ amplius uni, vel quo pluribus, minus singulis distribuitur per accidentis distributivæ iustitiæ, & formæ est bonorum limitatione, & materiæ distributivæ cunctarum Quod verò forma etiam legalis iustitiæ specialis, & gubernatricis universi commune bonum intendens à Deo servetur, non obest, quinque servetur forma dæmoniarum aliarum, ut proximè de harum similitudine oblatione dicebamus; quare, etsi hæc, & tacta à nobiscum alia multis confirmationibus opponat Ruiz noster nec paucioribus instantiis & doctrinis solvantur, & illi dixisse sit satis.

QVÆSTIO IV.

*An iustitia propria, & strictè vindic-
tina sit Deo tribuenda.*

Indicatio iustitiæ à distributiva, de qua proxime, materia solum differt necessariò, non forma præmiorum; quippe solum distributiva illa est; vindicatio vero, de qua in præfati, suppliciorum tantum distributiva est; & penarum: quare veraque distributivæ tota sua amplitudine acceptæ ambitu continetur; tamen ratione diversæ de veraque decissionis, & fundamentorum eius merito, vt diximus vtriusque quæstiones fuerint à nobis diluæ.

CERTAMEN I.

*Sententiæ oppositæ, & affirmantiis
sive fundamenta leuiores.*

Vindicatiam, seu punitivam iustitiam propriam strictam denegant Deo, quotquot iustitiam strictam & propriam Deo vniuersim denegantur relati q. 1. cert. i. num. 2. si duos inconsequentia notatos doctores excipias, qui iustitiam vniuersim Deo negata, distributivam tamen tota sua amplitudine acceptam ipsi concedunt. Cæterum Soarius d. de iustitia diuina sect. 5. tamen Deo iustitiam propriam speciatim distributivam præmiorum concedat; at verò penarum iustitiam in Deo non proprie vindicativam, seu punitivam esse admittit; sed solum specialem illam prouidentiam, & gubernatricem esse late contendit, eam generalem & c. vocans, ratione amplitudinis materiæ, ad quam legalis prouidentia; & gubernatrix Dei iustitia vltra penam pro demeritis iustificationem extenditur; non autem, quia non iustitiam strictam, & solum generalem, quæ omnem virtutem continet esse putat: quare non parum vt ait Ruiz d. 60. sect. 1. num. 1. sententia hac ab eorum, qui iustitiam solum generali acceptione in Deo admittunt, sed valde discordat. Quarta verò Molina Lect. 1. & Lorca sententia, quam hac in re idem Doctor commemorat, qui vindicativam Dei iustitiam non proprie talem, sed partem eius potestatiuam esse volunt, quia ab eius proprietate deficit, eadem cum sententia est omnium negantium iustitiam strictam vniuersim, & consequenter vindicativam Deo: ij siquidem omnes ideo negant, quia puniendi peccata affectus, & exercitium, quare & inclinatio ab affectu, & inclinatione proprie vindicatiue iustitiæ deficit; tamen formam eius, & proprietatem aliquam seruet: ac proinde pars potestatiua vindicatiue iustitiæ in Deo sit, aduicque possit: id quod, nec Soarius negat; licet ab aliis negantibus differat, quod hi ad nullam specialem iustitiæ propriæ, & strictæ dicte speciem, sed solum potestatiuam ad vindicativam; Soar. verò ad specialem gubernatricem proprie acceptam pertinere contendat: quem sequitur Falol. dub. 56. vbi solum prouidentialem esse vult, & probat alios citans.

2. Secunda sententia iustitiam propriæ, & strictæ punitivam, seu vindicativam in Deo recognoscit: ita omnes qui distributivam proprie acceptam Deo concedunt relati à nobis q. 2. cert. i. n. 2. circa med. versu ex aliis vero: in quibus Gonzal. Albelda, quamvis inconsequenter ad suam sententiam iustitiam strictam & propriam vniuersim Deo negantem: sed ex his etiam qui distributivam iustitiam denegant Deo, punitivam, seu vindicativam iustitiam strictam, & propriam Deo specialiter concedunt.

Magister in 4. tota fere. d. 46. vbi S. Th. q. 1. art. 2. apud, & præfati quæstionem, 4. & art. 3. S. Bonau. art. 1. maxime q. 4. vbi Richard. & Carth. q. 1. præfati col. postrema, & quod magis mireris Durandus ipse, iustitiæ strictæ Dei impugnator generalis, propriam punitivam in Deo admittit ea d. 46. q. 3. fin. dicens, *Secundum iustitiam proprie dictam debet poni quæ pro merito intelligitur*. Consequenter etiam, qui vel ad commutativam, vel distributivam proprie eam reducunt, inferius citandi: item qui neutrum ex his propriæ acceptam, vel expresse sicut nos Deo concedunt: in quibus noster Ioannes Prapostius supra dub. 4. n. 16. versu *Respond. affirmatiue* (tamen n. 17. à proprietate iustitiæ vindicatiuam deficere doceat, quæ vindicatiua, iuxta propriam ipsius explicationem asserat tandem, vel eis limitationibus vtramque illam Deo concedunt, vt negare videantur ex quibus est noster Ruiz d. 60. quibus & nos vltro consentimus. An verò ad specialem iustitiam commutativam, an ad distributivam propriam, aut ad speciem alteram quam piam virtutis iustitiæ strictæ spectet? Scholasticis est quæstio, illi similis, quam de præmiorum distributione à Deo faciendâ, siue, quoad proprietatem, siue, quoad formam examinauimus q. 3. de quo cert. commutativam esse censuit Aureolus in 1. d. 46. art. 1. post 3. propositionem col. vlt. §. *est autem* Argentina in 4. d. 46. q. vn. a. 1. concl. 2. Sorus 3. de iust. q. 5. art. 4. ad 1. Arag. 2. 2. q. 6. r. a. 5. circa solut. 1. circa solut. primi argumenti Azor. tom. 1. In tit. moral. lib. 1. c. 10. q. 4. licet hic quodammodo solum iustitiam omnem propriam, quare, & hanc adco admittat, vt qu. 2. obseruabamus: vnde solum quoad formam, non autem quoad proprietatem iustitiam commutativam esse de vindicatiua admittit. Ad distributivam autem speciare insinuat Magister, in 4. d. 46. §. *sed quomodo*. Etiam S. Th. ibi q. 2. art. 2. ad 1. Rich. art. 1. q. 1. corpore post med. Scotus q. 4. sine Carth. q. 3. col. 2. Capreol. in 1. d. 45. q. 1. art. 1. ad arg. contra 14. concl. Caiet. 1. 2. q. 6. r. a. 4. §. vlt. Salas 1. 2. tom. 1. tit. 7. d. 7. n. 5. Nauarette 1. p. tom. 1. contr. 28. §. 6. versu *circum auctoritatem*. Ruiz noster citat d. 60. tota sect. 4. & 5. Alij verò vtramque commutativam scilicet & distributivam in puniendis damnatis exerceri à Deo censent. Denique Soarius & Falolus ad neutram spectare vindicativam sed ad gubernatricem & prouidentialem iudicant, vt vidimus n. 1. fundamenta harum sententiarum quatenus nostræ aduersantur subiciam inferius nostræ probatione satis debitata.

3. Leuia quædam pro affirmante nostra sententia circa quæstionem propositam præcipuum producenda sunt, ne quis eius veritatem non satis firmis fundamentis imponat. Et primum sit, quod ex frequentissimis scripturæ testimoniis desumitur, quæ specialissime in delictorum punitione, seu temporali, seu æterna iustitiam Dei exerceri clamant: quia ea semper redditur à Deo iustum: vt videre est Iob. 3. Elther 14. Itæ 59. Threnor. 1. Daniel. 9. Psal. 7. 9. 10. 57. 128. sap. 12. ad Rom. 1. atque alibi milles, quorum firmitati accedunt in eandem sententiam Patrum vel ea loca commentantium, vel libros de aliis scribentium, concors sensus & iudicium, Clem. vtrique Rom. & Alex. Nazianz. Tertul. Basil. Damasc. Ambros. Anselm. Chrysost. recitati à nostro Ruiz d. 57. lect. 3. & 4. Aug. 3. de liber. arbitrii. cap. 4. à med. 13. de Trinit. cap. 12. sub fin. quæst. 2. super exod. lib. 2. c. 143. inchoata exposit. epist. ad Rom. vers. med. de natura boni c. 7. fin. 1. Retract. cap. 26. Greg. Magn. lib. 2. in 1. Reg. c. 2. sub med. 8. moral. c. 8. post med. lib. 2. 9. c. 5. ad id Iob. 38. *Auferetur ab impiis lux sua*, Fulgent. 2. de remiss. peccator. c. 6. sub init. c. 9. sub fin. c. 2. post med. Prosper. ad excerpta Genuens. dub. 6. August. de prædest. sanctior. c. 9. dicentem, *ex vno omnes esse in condemnationem siue dubitatione iustissimam* exponens dub. 6. & 8. ac rursus epist. 16. quorum etiam testimonia recitat idem Ruiz d. 60. lect. 2. à n. 8.

4. Ex his autem omnibus arguit Ruiz quod ea specialitate concordia, & frequentia à scriptura, & Patribus de aliquo asseritur, proprio, ac non metaphorico, tropico, ne sensu intelligendum est: atqui de punitione peccatorum à Deo iustam, atque ex iustitia esse his omnibus scripturæ, & Patrum concordibus, & frequentissimis esse, immo & iustissimam esse dicitur: ergo proprio sensu, ac non metaphorico, tropico, seu figurato sensu dicitur, debetque à Theologis intelligi, ergo de iustitia vindicatiua.

tem non reneat.

q. Communis ratio reddere iniquis debitum supplicium, tantumque quantum meretur eius iniquitas honestum est, & virtutis specialis, tam in supremo iudice Deo, quam in creatis iudicibus: atqui ad nullam aliam ex moralibus spectat: ergo ad iustitiam vindictivam strictam, & propriam. Confirmatur: quia si in pena, quae excederet merito delicti, a Deo, quia iudice (non solum quia supremus creatorum Dominus est) iniuste strictae, seu contra strictam iustitiam Deus ipse ageret: ergo adeoquatione pnae, quam, vt iudex, Deus indiget ad meritum delicti ex stricta iustitia vindicabitur lege gerit: confirmationis huius argumentum irrefragabile iudicat Ruz. lect. 3. n. 18. Sed eadem solutio vtrumque evanescit, & primum diluimus in simili q. 3. cert. 2. n. 4. asserentes in premiandis ad exactam aequalitatem iustorum meritis virtutem, procul dubio, aliquam a Deo exerceri, quod ad nullam aliam, quae iustitiae strictae non fit directe, & tantum eius species pertineat: atque neque ad strictam iustitiae speciem aliquam, & directe pertinere: quia neque ex iure stricto vnus contra alium, & huius debito ad illum (sine quibus species nulla strictae iustitiae, omnium sententia, esse potest): a Deo exercetur: quare cum ad premiamdum exactissime iustorum merita indirecte solum, & reduciendū ad iustitiam spectare, & tantum partem potestativam illius, quia, quoad observationem aequalis in premiis reddendis strictae iustitiae forma a Deo servatur: aut defectu iuris, & debiti stricti iure premiandam, & premiandū ad iustitiam strictam proprietate defectu in Deo, quod ipsum ratione defectus eisdem de actu ponendi in Deo dictione putat: formaliter, & directe nullius ex generalibus virtutibus moralibus esse, sed solum esse iustitiae partem potestativam.

6. Hanc vim argumenti, quod contra affirmantem, suam etiam, sententiam ex huius loannis Præpositi; consilii posse vidit, conari eludere Ioannes Præpositus; contendens iustitiam propriam vindictivam solum esse iustitiae propriæ dictæ potestativam partem, quæ debuit, inique strictum natura sua non requirit, ac subinde à iustitiæ propriæ & strictæ dictæ proprietate deficere; etsi ratio proprietatis vindictivæ iustitiæ sit, atque iustitiæ alterius, quæ debuit et ius strictum requirit, pars solum potestativæ. Contra tamen: quia ea doctrina de iustitiâ vindictivâ universim sumpta, prout ab increata abstrahitur, & creata singulariter, contra Aristotelem, reliquosque Philosophos, & Theologos estque iustitiam strictæ talis, & requiritur debuit vnius & ius alterius strictum in illum diuidit in commutativum & distributivum, & vindictivam & partem distributivæ tota sua amplitudine acceptæ reputant: ac proinde iustitiam propriam, & strictam diuisione prima in commutativam & distributivam diuidere adequatè: in ea vindictivam, seu distributivam partem pro scelibus delinquentium continere. Tertiò

77. Inde facile negatur confirmatio, quia ad hoc
non fertur, consequentia, antecedente admisso, cum
enim duo essentiales iustitia propria, & stricta iusticia
requiratur, ipsi nempe & debitum strictum, atque de
meritis, & supplicii equalitatem, etiam ex parte potius
actus ab ea desistere eius contrarietas, nempe ob equalita-
tis, vel ob ipsius debiti defectum: quare supplicium ex
cedens iustitiam vindictivae contrarietur, adhuc in Deo
ut Iudice, si per impossibile excederet; quin non ex-
cens ex iustitia strictae vindictivae fit ob debiti infir-
fectum: sed multa eruditione, & ratione Theologica
debitum hoc strictum puniendi percuramus in Deo con-
stitui ostendere, ne ea ex parte in coram supplicii a iustitia
& propria vindictivae iustitia infiniti exitum debeat
declinare: fundamenta fortiori eo deservunt, ut ex quo
Deus iudicem omnium legum suarum, & penarum pro-
mulgatione rationalibus creaturis declaravit puniendi
illos, non ius solum, sed & debitum habere, contra quod
& iustitiam ageret, si eos non puniret: iuxta illud Psal-
m. *existimasti iniquis quod ero tui similis? arguente, & op-
tante contra faciem tuam*: scilicet peccata tua. Dispro-
cipuum fundamentorum pro debito iustitiae ad passum
insufficiens adducendo a nostro Iuriz excoꝛgmatum
quia alia plura fundamenta ipsius supra a nobis impo-
nunt: quod rerum ipsarum debitum alibi debito per-
sonae, qui eas alteri debet, ad strictum inter eos iustitia
construendum fit satis. Ceterum nec apparetur
roboris ratio vim habere siquidem nec iudicaria Deo po-
testas ab ea promulgatione pendet, eae constituntur
sed ipsius naturae, & essentiae est agnata porrectas, cau-
tionalis respublica eo ipso, quod fit, subsistit, & subor-
dinata natura sua est. Promulgatio vero illa perennans
in ita punio-finaliter peccatores Deo efficaciter transi-
fert; nullatenus Deum ad infliccionem penarum tenet
tenet autem ex decreti sui immobilitate, & veritate pro-
mulgationis suae, cum decreti eius, tum penae integritas
de: quod quantum a debito stricto iustitiae ab illi lapsa
superioribus ostendimus, est quippe debitum decreti
sui, ac sibi ipsi totum, non alteri.

[illegible]

CERTAMEN II.

Solidior affirmantis conclusionis probatio.

Ita, ut vidimus affirmantis strictam iustitiam vindictarum Dei in punitione peccatorum difficultas fiat, in strictis iure, & debito poenæ inter Deum, & peccatorem, ostendendis, quod assignare desperant plures. Rursum noster autem satis feliciter adiuvant: multiplici verò ex capite, me iudice, orta difficultas fuit & adolevit. Primum: quod iudicariam potestatem creatam, siue ex electione, ab increata, & divina minus, quam oportere, distinguentes ea omnia, quæ in potestate creatæ ad iustitiam vindictarum strictam exercendam requiruntur, in increata, & divina ad exercitium propriæ, & strictæ vindictæ iustitiæ requirebantur: cum autem in potestate creatæ debitum puniendi delinquentes viderent requiri, respondens reipublicæ iuri, ut vindicta de seclis sumatur à iudice per ipsam rempublicam proxime, vel remote ad id munus constituto: atque item ex iure, quod eiusmodi electione, & constitutione alicuius à republica, vel Principe in iudicem privatæ illius personæ habeat, ut æquum inter ipsas iudex ferret, feruareque faciat, ac proinde personæ alterius concius delicto læsæ damnum à lædente eiusve bonis reficiat. Hoc autem totum in iudice natura, & essentia sua physice tali, ac supremo, Deo nullatenus inuenitur, inuenitur potest: cum, neque ex reipublicæ, siue rationalis, siue vniuersæ electione iudex constituitur: quare neque ad vindictam similium electionum legi subiaceat, neque eius aut privatæ personarum stricto iuri sit obnoxius, sed sui proprius iuris, & dominij in illas, & vniuersam siue rationalium, siue irrationalium etiam, rempublicam permaneat, etiam, cum ipsarum iudex persoluit.

Secundo non animaduertunt iuris, ac debiti ad iustitiam vindictarum strictam, & propriam requiruntur à debito, & iure ad alias species virtutis iustitiæ propriæ diuersitatem: in his quibus debitum ex parte operatur ex iustitia est, ac proinde est debitum actuum, seu aliquid erga alterum agendi, in quo ius sit id ab eo recipiendi, ex quo debitum, seu obligatio huic respondens inest: cuius omnino oppositum in iure ac debito ad iustitiam vindictarum requiritur contingit. Nam debitum passiuum solum, & recipiendi nimirum poenam, in delinquentem eam passiuo à legitima potestate est: ius autem eam infligendi actuum, ac in iudice solum, ac penes legitimam potestatem poenam infligendi est, non autem penes eum ut patet. Tercio non obseruatur ius strictum debito respondens, atque ad exercendam inter duos iustitiam strictam natura sua sufficiens, non inuenire in illud habente ius exercendi, eoque vtendi necessitatem: neque enim, qui ius pro centum verbi gratia, vel quouis alio recipiendis ab alio habet, debito, aut necessitati ea ab alio, vel per se, vel per publicam potestatem recuperandi est obnoxius; sed solum id pro debito agendi habet potestatem; alias qui debitum ab alio non repeteret, sed remitteret, contra strictum ius, ac proinde contra strictam ageret iustitiam: quod plerumque erroneum, ac plane hæreticum est.

Dixi autem natura sua ius hoc illud habenti tribuere recuperandi ab alio potestatem: quare in prima rerum diuisione, & antequam hominum conuictus in rem publicam, sub cuiusque iudice redigeretur, qui iure suo hoc ex motu res ad æqualitatem reducere viens ab alio recuperaret iustitiæ actum proprium haud dubio exerceret; at verò republica, ac eius iudicibus merito constitutis, nequis in sui satisfactione præ iustitia, & proprii commodi impote amore excederet, ne-

Christoph. de Origa, de Deo Pao. Tomus II.

us inde concius reipublicæ, siueque malo, frequentissime rixaretur iuris huius usus priuatis, quo ad ea, quæ auctoritate publica, & externo iudicio, & fora recuperari possunt interdictus est, totusque ad iudices deuolutus: quoad occultam verò eorum, quod alias vel absolute, vel circa graue suum damnum nequit, compensationem relictus: unde non solum licet, & citra iniustitiæ culpam (vt doctores concordant) sed honeste atque ex iustitiæ strictæ virtute poterit quis bona sibi debita recuperare à debitore: modo ex eius virtutis proprio motu nuper explicato recuperet. Quod, etsi Doctores communiter non expresserint, non negauerunt: à nemineque existimo negandum. De debito autem stricto ad iustitiæ virtutem necessario, si actuum iudicis, & potestatis per rempublicam, aut Principem constitutæ sit, ipsius usus, ubi se occasio det, necessarius debitorumque est, cum reipublicæ, tum personæ læsæ; quin iudex illum pro arbitrio possit omittere, nisi contra alteram saltem, quandoque contra vtramque iniuste se gerat; in aliquid occurrat, quo maiori reipublicæ bono poena alias debita vel temperetur, vel remittatur. De passiuo verò debito delinquentis, non ita stricta obligatio, & debitum patiendi poenam pro delicto est, quoad poenam personalem putare, ac non recompensatium damni alteri illati per delictum unde à graui supplicio, etiam post sententiam à iudice latam potest fuga se capere ad quam ius habet naturale: vt de damnatis ad Trirèmes Doctores omnes censent: immò Physica quantumuis inuoluntaria poenæ passionis physica delinquentis soluitur.

Denique iudicariam hanc Dei potestatem, & ius strictum iustitiæ vindictarum plures probant ex illo ad Rom. 12. *Mihi vindicta, & ego retribuam*: quod ex Deutron. 32. desumpsit Paulus, ubi hæc: *Mea est ultio & ego retribuam* infra: *sanguinem seruum suorum vinceretur, & vindictam retribuet in hostes eorum*: & Apocalyp. 19. *& vindicabit sanguinem seruum suorum de manibus eius*: nempe meretricis, quæ terram corripit: quæ, etsi id probantia rationi conclusionis mox subiicienda non officerent, tamen quia male intellecta officiant veritati, rigide interpretanda hic sunt & primo quidem si ex ea lege sua Deum se iudicem constituisse delinquentium iudicariamque obtinuisse in omnes potestatem, quam alias non haberet eis locis asseri intelligatur mala, & absurda interpretatio est: siquidem iudicariam supremam potestatem natura sua, nec aliunde, adhuc ex arbitraria sua lege, & voluntate habet: solum ergo ea loca, potestatis, & iustitiæ eius natura sua à Deo præhabita in sanctorum à malis afflictorum solamea tantum euagationem continent. Secundo cum ea verba sanctis in hac vita degentibus vindictæ de malis eos assilgentibus, & per iniuriam lædentibus reservationem Dei potestati, & iudicio promulgent, si de satisfactione, & compensatione omni, etiam damni, cuiusvis illati à scelestis essent, ut sonant; neque iudices creati possent ea damna legitime, & ex iure læsis reficere; neque hi per illos intendere, & exigere absque culpa compensationem; ut patet: id quod plerumque falsum omnibus est.

Duorum igitur iudicium vindictæ de malis eorumque scelibus penes Deum solum esse eis locis euagationis. Poenæ ob illorum moralem turpitudinem in alia vita debite, cuius satisfacta etiam in hac vita per æquam damni compensationem parte læsa, sæpe debitum integrum perseuerat, & hoc vindictæ ius natura sua Dei vnius est, qui de se solus, & valoris demeriti culpa-rum notitiam exactam, iustumque subinde iudicium ferre atque exsequendi habet potestatem; tamen in extremo iudicio Apostolicos viros ad iudicium malorum, sit aduocaturus, & Angelos prauos carnifices poenarum sensus in scelestos alios executores. Alterius autem debiti temporalis adhuc eis verbis D. O. referuatur vindicta: nempe, quæ dignitati formali inimicitia scelesti in proximos responderet ultra scelestis sui meritum debitum, eam dignitatem, seu debitum formale vocabamus, ut à valore, & dignitate demeritiua, quam valoris dignitatem poenæ dicebamus, diuideremus controuersi, 2. de incarnat. ad naturalem nec

Ec solum

solum legalem iustitiam Dei in æternitate pena ob lethale valoris demeritis absolute finiti ostendendam. Igitur inimicus eo quod fe alterius inimicum constituit, factique, vel alter fe illi tale ostendit, illius odio formaliter dignum, & qui omnibus suis beneficiis priuatus, malaque proportionaliter ab eo patitur. Huins autem odij, & satisfaciendis animi, etiam temporalis, quorum dignus formaliter inimicus est vindictam, vltionemque Deus sibi eius locis reseruat etiam, non damni illati temporalis compensationem; ne fe iniucem odiis, & hostilitatibus priuatis homines perdant, & proficiant, cum ob reipublice hominum bonum, tum, quia priuato dolore quoque in priuati inimici vindicta, & vltione excedere. Dixi *priuati*, nam publicè reipublice hostis cuique non solum vindictam qualemcumque permittit, fed vsque ad eius interuentionem precipit. Deuter. 19. vers. 16. *de leuile nomen eius sub caue; caue ne obtineas*: id verba ipsa vltio, & vindicta, qua damni illati compensatio non sunt, fed amaritudinis ac doloris animi satisfactio & consolario satis significant, & vsque etiam *hostes*. Deo autem, qui nec excedere, nec ingorantia nec passione animi in vindicta de inimicis sumenda potest, nec habet potestatem superiorem, vltio vindictæ de inimicis, quæ talibus, iure competit suo.

6. Hæc pro germana eorum locorum interpretatio, ne ex qua confiat Deum in puniendis peccatoribus, suæ ob debitum, & dignitatem formalem inimicorum eius, & suæ ob dignitatem demeritam debitumque valorum delictorum iudicariam suam propriam legitimam potestatem exercere ad debiti penarum passivam æqualem: atqui actus omnis punitionis à iudiciaria legitima potestate, atque ad debitam penarum æqualem debito passivo delinquentis proueniens, ex iustitia propriæ, & strictæ iustitiæ, & punitiua, seu vindictiua prouenit cuiusque exercitium proprium & formale est: ergo in Deo est propriæ, & strictæ iustitiæ vindictiua & formale exercitium ipsius. Hoc argumentum eludi aliud nequit, quam negando propriam, & strictam iudicariam potestatem, ac subinde Deum propriæ, & strictæ iudicem nostrum, totiusque rationalis reipublicæ, & vniuersi, quod citra errorem ferri nequit, cum toties in scriptura talis dicitur. Quod autem potestas iudiciaria hæc debitum & obligationem actuum puniendi in Deo non habeat à legitima iudiciaria potestate, & iure stricto, & proprio puniendi illam non extrahit, ut vidimus ex diuersitate debiti passivi solum, quod ad hanc iustitiam requiritur: quod, etsi cum iure iudicis legitimæ ad conuertentiam dicitur: alii tenere se ex parte iudicis, & actuum proinde esse neque, sed passiuum solum, & ex parte delinquentis se tenens: quin et in iudicibus creatis, & ex electione reipublicæ, ut Principis ius hoc legitimum cum obligatione puniendi coniungatur: quatenus ab ea obligatione prouenit formaliter iustitia inter partes formaliter non exercetur: sed quatenus ex legitimo iure, & potestate iudicis est: etsi abique ea legitima ius potestatem, quæ in iudice supponitur, aut concernitur obligatio ei adiuncta puniendi in illo non esset.

7. Non igitur autem aliter hoc argumentum eludi
constat quia nec, qui iustitiam propriam & strictam
vindictam negant Deo, aliunde, quam ex defectu
debiti actui necessarij, & essentialis legitimæ iudicia-
riæ potestatis ad iustitiæ punitivæ exercitium proprium
negant: quia sicut prævarum à Deo indifferendum
cum delictis, & corumque demeritis æqualitatem non in-
ficientur: ierarique saltim à Deo posse negare ne-
queunt, quod ad iustitiæ punitivæ ex parte pro-
prij, & in actu primo in Deo attendendam est satis:
sed contra strictam & propriam Dei iustitiæ à Deo exer-
citam, excedendam in damnatos oportuit ex parte
æqualitatis necessariæ inter penam, & delictum vulgare
illud apud Patres, & Theologos proloquium *Deus punit
eius condignum*. Respondenti etiam vulgo solet, ut supra
de præmio Beatorum vitæ condignum ea parte penæ,
quæ à Deo infligitur, cum parte debiti delicti suppletum
aquiri, licet vltioris penæ sit remissio, in qua iustitiæ
punitivæ non exercetur, sed misericordiæ: sed plenior
est planiorque ex nostris principijs solutio, si igitur præ-
varum non improbumus debiti prævarum, seu dignitatis

valoreſe demeritum delicti nihil proſus remitti po-
natis, vt Apocalyp. 18. dicitur, *quantum gignuntur in
in deliciis ſuis tantum dato illi tormenti*, &c. alibi de
dignitatibus formalis inimicorum ſuorum innumerat
penas debitas remitti. Ex qua diſtinctione arguitur,
debiti penarum inimicis Dei, qui ætenuſ in dam-
natis perſiſtat, ponat, quoad durationem lumina, &
per æternitatem inæqualitati eius per ſuppliei excedat,
ſit etiam facile ſatis, iuxta dicta citato loco de inactione
tibi: vbi de formalis debito, & dignitate penarum
æternum inimicis indiſtincta, alias plurimum ipſis
æternitate remitti exinde monſtratur.

CERTAMEN III.

*Ad distributivam, commutativam, &
legalem propriè sumptas secundum
diversas consideraciones vindicativa
iustitia Dei spectat.*

Is omnibus consentimus conclusione prætare
adob: factis probationis, vñ Iola ipsius expli-
catione probet: etenim si pena inflicta cum peccatori
delinquentis ad æqualem deficiit penam passim con-
paretur commutativa iusticia est, vñ diximus ad Aristo-
ticam æqualem tantū supplicij pro tanto, nec minus
nec minori valoroso, ac merito debito à Deo exequi:
fin verò cum damnatis, & punitis à Deo cunctis ius-
tum omnium penis ad æqualem cum debitis cunctis
inflictis proportionalitas, seu proportionum proportio,
& æqualitas servatur propriis distributiva iusticia, &
cundum distributiva vniuersum sumptis in præmijs po-
niturque pro meritis distributivus rationem: cum exi-
bitur, & meritis malorum, iureque stricto Deo ius-
ticia ab ipso infingatur. Quatenus verò in ta puniti-
delictis bonum commune reipublice rationali, &
etiam, vñ patet illius peccatores sunt, æque penam
satisfactionem debent, iusque in illos, vñ tales rationis
respublica penes suum Principem Deum habet, Deo
attendit gubernatricem, & providentialem exequi-
litiā, quam legalem dicere poteris: quatenus de
commune bonum, quod semper leges intendunt, ius
stricto, & proprio seelctos meritos, & peccatum deli-
tores punit quatenus autem legalis iusticia debetur de
obligationem iudicis ad puniendum supponit, curam de
illam, neque in malorum supplicij exercere, nec in Deo
esse (suum posse.

ete reliqua, potest.
 2. Patet inde quid denum de iustitia propriè dicta,
 & speciali. Dixi vniuersum in hac dispositione in te
 dum; cam, nempe, non solum Deo concepi potest
 debere; quatenus è suo conceptu debitor, et aliter
 ad alterum vniuersum requirit attributum à debito
 uo eius, qui illam ergo alterum, & habet, & exerce
 à passiuo etiam debito eius, erga quem exerceat;
 omnes iustitiæ species, que cuiusmodi debitor actiuum
 in eas exerceat requirunt, à Deo, & vti potest ipsi iustitiæ
 & impossibiles esse relegandas: vt contra hæc tenet
 afferentes ostendimus, solumque contendimus Valgim.
 & Theologi reliqui negatiue sententia Patroci con
 tra affirmatiui Doctores, qui omnes debiti solutio
 ad actiui rationem habentes de iustitia Dei vni
 disputantur; vii, & nos quæstion. i. certamina, de legi
 li speciali, & quæstione secunda, & tertia de conce
 tiuatiua & distributiua bonorum: certum, & iustiti
 am strictam vniuersam, & tres totidem finibus in
 opæ species, que debitum solum passiuum in eo, erga
 quem ab altero eiusque legi excedit, inuenimus, & quæ
 nos ingenuitate potius, quam ingenij acutitie oblectam
 gaurimus, inuenimus, & fundamus) administrat
 in Deo finit. Dixi autem finis species, & non ubi
 dem quia iuxta adinuenit hoc notum iustitiæ
 strictæ ac propriæ genus diuisione prima immo
 in aliquam debitum actiuum requirit & in altera,

Disput. II. Quæst. IV. Certam. II. 219

quæ passuum solum est, diuidenda. Deinde alterutra in commutativam distributionem, & legalem: quare et si voce omnino, & quoad seruandam aequalitatem vtraque earumque species conueniant, tamen debito in altera actiuo, in altera verò passiuo solum discordant, non eadem alterius species cum speciebus alterius sunt, sed solummodo similes, & his quidem præuenimus objectionem ab inconsequentiâ eorum quæ antecedentibus conclusionibus quærit. 1. & 2. & 3. negatiuis iustitiæ specialis legalis distributiæ, & commutatiuæ in Deo, illæ siquidem omnes de eis speciebus iustitiæ, quæ actiuum debitum exigit procedunt: data verò proxime de speciebus iustitiæ, quæ debitum solum passiuum requirunt.

3. Oppones contra proprietatem vindictiue iustitiæ S. Thom. 2. 2. quæstion. 80. art. 1. ad 1. dicentem iustitiam vindictiuam esse iustitiæ partem potestatiuam, non autem subiectiuam siue eius speciem illis verbis: *pertinet ad potestatem iustitiæ adiunctam*. Sed respondetur: truncata Doctoris cuiusque verba facile pro quavis sententia affari posse textus integer est; *vindicta quæ fit auctoritate publica potestatis secundum sententiam iudicis pertinet ad iustitiam commutatiuam*. An Deus sententiam in malos vindictæ seruans, & ferens Iudex supremus & suprema reipublice rationalis potestas non est? subdit statim; *sed vindicta quam quis facit proprio more non tamen contra legem, vel quamuis à iudice reuocari possit ad virtutem iustitiæ adiunctam*. Opportunius, apparentiusque postrema hæc textus pars opponitur contra id, quo diximus in priuati occulta compensatione posse, si ex debito sine peragatur iustitiæ iudiciam exerceri. Sed solutio ex dictis est prompta. Agit quippe sanctus Thomas de iustitiæ specie, quæ debitum actiuum in eo, à quo exercenda est requirit, vt in publicis iudicis potestate, non autem de iustitiæ, quæ de-

bito solum passiuo eius in quem exercenda est & huius stricto iure, et si non obligante ad iustitiæ exercitium satis habet, de quo S. Thom. ibi, ne meminit quidem.

4. Verbis primæ partis textus eiusdem videtur S. Th. iustitiæ vindictiue exercitium, quare & ipsam ad commutatiuam reuocare: sicut & qu. 108. art. 2. ad 1. illis verbis: *sicut recompensatio debiti legalis pertinet ad iustitiam commutatiuam: recompensatio autem debiti moralis, quod nascitur ex particulari beneficio pertinet ad virtutem gratiæ; ita etiam puniatio peccatorum, secundum quod pertinet ad publicam iustitiam est actus iustitiæ commutatiuæ*. Sed his non negat esse distributiuiam absolute, sed quatenus ad delictum vt eius compensatio est comparatus, vt nos etiam docuimus, quatenus verò ad plures proportionem delictorum in cuiusque penis seruata distributiuiam vt diximus iustitiæ à Deo exerceri docet in 4. d. 46. q. 2. art. 2. ad 1. dicens: *vel dicendum (& melius) quod aequalitas ista proportionalitatis est: non aequalitatis, & attendenda est, non secundum comparationem pœnæ ad culpam, sed secundum comparationem duorum peccantium ad duas pœnas: & sic intelligenda sunt omnes auctoritates, quæ videntur aequalitatem culpæ & pœnæ demonstrare; & 2. 2. q. 61. art. 4. ad 1. ad distributiuiam etiam reducit vindictiuam vt Caleranus ibi §. vlt. exponit; sed hæc videntur commutatiuam toties à Sancto Thoma & à nobis hic in punitione, & vindicta assertam excludere. Verum cum melius dicit bonum in prima solutione (quod satis nobis esset) iuxta commutatiuam vindictæ de peccatis supponit. Secundo melius ait ad argumentum quod ibi versabat solutionem, non autem absolute, quod à ratione ex coniunctione trium specierum iustitiæ in maiorum supplicis discedum ex conclusionis probatione, & explicatione, est: atque in simili quæst. 3. certamine ultimo.*

